XIV
Sanctua
rium
Leonardi
de
Vtino
Manoscritti.
Conventi.
A
8
1159
III.
F
15.

[illegible]

[illegible] folio 209.

A

21B10

I

N°. 1159. A. 8.

cc. XII preliminari di cui la
c. I scritta + cc. 200 numer. per
199 con ripet. del n. 188.
Sono bianche le cc. 20-24,
29-36, 48, 169-188, 196.
25-VI. 1964 MAB.

Conuentus Sancte Marie No[ve]lle Or. Predicatorum 25

Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. Mt. 3°. Ad quam penitentiam duplici ratione provocamur. Primo ex parte precipientis quia Christus qui in verbis perfectis precepit nobis ut agamus penitentiam dicens: penitentiam agite etc. quod Christus [?] ... et nunc ad preceptum astringit et ideo tenemur agere penitentiam iuxta admonitionem Christi glose dicens Jo. 2°. Quodcumque dixerit vobis facite. 2° ex effectu eliciente provocamur ad penitentiam cum dicit: Appropinquabit enim regnum celorum. Ultimus namque effectus penitentie est consecutio regni celorum. Primo secundo [?] percipies habet se ut eius effectus principalis penitentie, effectus non ultimus habet se ut causa ultra finalis. Pro complemento penitentie videbimus hec [?] nondum [?] et primo.

Circa primum videbimus eius diffinitionem. Augustinus de pe. di. 3a.

- Eius diffinitionem.
- Eius necessitatem.
- Eius eductionem.
- Eius conditionem.
- Eius utilitatem.

Satisfactio penitentie est peccatorum causas excidere nec earum suggestionibus aditum indulgere. Ex hoc [?]. Si vides quod gustatio tua sit tibi occasio excidendi etc. Mt. 18. Si pes tuus vel manus tua scandalizat te etc. Item Augustinus libro de pe. di. 3a. Penitentia est quedam dolentis vindicta puniens in se quod dolet commisisse. Unde dolendum est de peccato quod delectat ipsa dilectio [?] Christus. Penitentie est et pena tenere ut semper puniat in se ulciscendo quod commisit peccando. Et ideo dicitur penitentia quasi pene tentio vel punientia. Item Ambrosius in quodam sermone [?] et habetur de pe. di. 3a. Penitentia est et mala preterita plangere et plangenda iterum non committere. Item Gregorius de pe. di. 3a. Penitentiam quippe agere digne non possumus nisi modum eius penitentie cognoscamus. Penitentiam quippe agere est et perpetrata mala plangere et plangenda iterum non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat ut tamen alia committat, adhuc penitentiam agere aut ignorat aut dissimulat. Quid enim prodest si quis peccata luxurie defleat et tamen adhuc avaritie estibus anhelat. Item de pe. di. 3a. Ille penitentiam digne agit qui sic preterita mala deplorat ut futura iterum non committat. Nam qui plangit peccatum et iterum admittit peccatum, quasi quis lavet laterem crudum, quem quanto magis abluit tanto magis lutum facit. Item Ysidorus libro de summo bono et habetur de pe. di. 3a. Irrisor est non penitens qui adhuc agit quod penitet. Nec videtur deum poscere subditus sed subsannare superbus. Canis reversus ad vomitum et penitens ad peccatum. Multi enim lacrimas indesinenter fundunt et peccare non desinunt. Quosdam accipere lacrimas ad penitentiam cerno et effectum penitentie non habere. Unde Ysaias de peccatoribus ait: Lavamini, mundi estote. Lavatur et mundus est qui et preterita plangit et plangenda iterum non admittit. Lavatur et non est mundus qui plangit que gessit nec deserit et post lacrimas ea que fleverat repetit. Item Augustinus libro soliloquiorum et habetur de pe. di. 3a. Inanis est penitentia quam sequens culpa coinquinat. Vulnus iteratum tardius sanatur. Frequenter peccans et lugens veniam vix meretur. Nihil prosunt lamenta si replicantur peccata. Nil valet veniam a malis poscere et mala denuo iterare. Item Gregorius in pastorali et habetur de pe. di. 3a. Qui admissa plangit nec tamen deserit, pene graviori se subicit, qui ipsam quam flendo impetrare potuit veniam contempsit. Item Gregorius et habetur de pe. di. [?]. Quisquis [?] -

[illegible]arectuarius fratris Leonardi [illegible] ut patet pagina 167.

NOVELLAE BIBL[...]

p9 accepta remissione ad vomitum redierit, tanto grauius punietur quanto magis ingratitudinis abusus singulorum remissionis accepte ingratus extitit. Quo vero

q°

peccata que per veram penitentiam dimissa sunt reddeant quantum quod redabit et in peccatum. Respondet secundum Thomam. Aliquid dicitur redire dupliciter. aut in se. aut in suo effectu. Primo modo sic peccata dimissa nullo modo redeunt quantum ad maculam et quantum ad reatum. Secundo modo peccata dimissa redeunt in quantum ex peccatis dispositiones ad consequentes relinquuntur. ex hoc enim quod homo deum per peccatum offendit post remissionem precedentium peccatorum. quandam difformitatem ingratitudinis actus sequentis peccati acquirit peccator. et ideo dicitur redire quod reddunt quantum ad ingratitudinem. hoc Thomas in 4° d. 22. Greg. pe. host. et alij. Item Jo. os aureum. et habetur de pe. d. 3ª. perfecta penitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre. in corde eius contritio. in ore confessio. in opere tota humilitas. hec est fructifera penitentia. et hoc sufficit quantum ad primum.

II°. Videbimus eius necessitatem. Notandum quod in conclusione indubitanter apud omnes theologos. et proprie apud s. Tho. parte 3ª. q. 84. ar. 5°. quod penitentia est necessaria ad salutem. et pro maiori declaratione est sciendum quod duplex est necessitas. Una dicitur absoluta. alia ex suppositione. Absolute dicitur necessarium illud sine quo res esse non potest. sic cibus necessarius ad vitam humanam. Ex suppositione dicitur necessarium illud sine quo res esse non potest aut conservari aliquo presupposito. Sic medicina est necessaria homini presupposito morbo. Ad propositum. Si queratur de prima necessitate absoluta. tunc dico quod penitentia non est necessaria ad salutem. quia sic nullus posset consequi salutem sine ea quod patet esse falsum. quia pueri [illegible] bbti et multi homines salvantur sine penitentia. non ergo omnibus est necessaria penitentia. Unde 2° paral. ultimo. Et tu deus iustorum non posuisti penitentiam iustis habraam. ysaac et jacob et hiis qui tibi non peccaverunt. Sed hac prima necessitate est absolute necessaria gratia dei ad salutem. ad ro. 6. gratia dei vita eterna. et baptismus actu vel proposito. Jo. 3°. Nisi quis renatus fuerit ex aqua etc. Si vero loquimur de 2ª necessitate suppositionis. tunc procul dubio necessaria est penitentia presupposito peccato mortali. Et probatur ista conclusio quadruplici medio. scilicet. Primo ratione que est triplex.

Ratione.
Similitudine.
Exemplo et
Auctoritate.

Ratione naturali
Ratione theologicali
Ratione legali.

Primo ratione naturali probatur sic. Contraria contrariis curantur. est regula generalis medicorum. peccatum autem consistit in complacentia voluntatis ad actum malum sine prohibitum a deo. Nam ut ait Augustinus. peccatum nihil aliud est quam voluntas quaerendi vel retinendi quod iustitia vetat. non potest curari peccatum nisi per displicentiam voluntatis ad eundem actum. hoc autem displicentia est penitentia. ergo etc. 2ª ratio.

2ª. cor. 7°. Que enim secundum deum tristitia est, penitentiam in salutem stabilem operatur. Secundo ratio est theologicalis. peccatum non potest curari nisi per gratiam dei. ro. 3°. iustificati gratis per gratiam ipsius. que gratia non potest recuperari nisi per penitentiam. ergo necessaria est penitentia. Unde Jo. Cris. de pe. d. 1. Non potest quisquam gratiam dei celestis accipere nisi purgatus fuerit ab omni sorde peccati per penitentie confessionem et per donum baptismi salutaris.

Tertio ratio est legalis. quia de iure civili et canonico est quod ille qui offendit alium numquam veniam ab eo consequi meretur nisi satisfaciat ei de culpa. ut in re. iur. Non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum. li° 6. et 14. q. 6. si res. Satisfacere autem non potest quamdiu alius offenso dum sibi placet offensa. ergo nullomodo potest quis satisfacere deo. dum voluntas adheret peccato. Oportet ergo quod sibi offensa displiceat et sic idem quod prius. et confirmatur ratio ex hoc. quia ordo divine iustitie et humane requirit ut peccato pena reddatur. patet ratio. hec autem omnia pertinent ad penitentiam prout est virtus vel virtutis actus. sed prout est sacramentum dicetur infra cum agetur de confessione.

2° probatur similitudine sic. Sicut baptismus ordinatur in remedium peccati originalis. Sic penitentia in remedium peccati actualis. sed non potest mundari a peccato originali sine baptismo actu vel proposito ut dicitur mr. 16. Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit. Ita nec a peccato actuali quis mundari potest sine penitentia. ergo est necessaria. Similitudo autem datur a doc. de navi naufragium patiente. postquam naufragatus nullum ad hunc salutis remedium nisi accipere aliquam tabulam etc. Sic in proposito. deus et salvator noster yhesus christus. tamquam magister magnus fecit quandam pulcram navem ad navigandum ad portum sine omni periculo. scilicet innocentiam. et qui cum ista navigat recte ut virgo et pueri innocentes vadunt ad paradisum. In hac navi intravit salvator noster. mt. 8°. Ascendente ihesu in naviculam secuti sunt eum discipuli eius scilicet christiani nomine baptismi. hec navis naufragium patitur. ut impulsu venti superbie et vastata fuerit fluctibus luxurie et carnalitatis. ut in pigritie in rupe avaritie et cum perdita est tota et istis periculis perit quia dicit christus. multis vero non sufficeret in ista navi innocentie baptismalis et maxime nunc. Ideo quilibet peccator debet recurrere ad tabulam si vult se salvare. clamans humiliter ad deum cum contritione cordis cum dd. dicens. Salvum me fac deus quoniam intraverunt aque usque ad animam meam etc. Et hanc dicunt omnes doc. theo. et canonici proprie theologi. quod penitentia est 2ª tabula post naufragium peccati mortalis. ut refert magister sententiarum in 4°. d. 14. Et dicit gratianus de pe. d. 1. multipliciter. 2° c°. 2ª tabula. 2° c°. secunda tabula. Dicitur autem 2ª tabula vel quia prima est baptismus. prima tabula est ante naufragium peccati mortalis. 2ª vero est post naufragium. vel dicitur quia duo sunt naufragia. primum est. 2um ~~pena~~ originalis iustitie que est perdita per peccatum ade. ro. 5°. per unum hominem peccatum intravit in mundum et per peccatum mors. Et ideo deus ordinavit primam tabulam post id naufragium. que est sacramentum baptismi. et id naufragium est generale. Secundum naufragium est particulare. scilicet peccati mortalis.

Et quod frangitur tabula seu navicula fruentie baptismi. et in divina bonitas ordinavit
penitentiam in remedium huius. Jo. dicit 2a tabula post naufragium. et sic patet similitudo. 3o secundum
exemplum. Nam dicitur 3 Reg. 21. de achab cum dixit dominus per helia. Occidisti et possi-
disti. Verum hoc dicit dominus. In loco in quo linxerunt canes sanguinem naboth. lambent
quoque sanguinem tuum. Unde hoc audito egit maximam penitentiam et indutus sacco et ie-
iunavit et sedebat in cinere et ambulabat humilis. Unde tanta fuit eius penitentia quod deus
sibi remisit culpam et penam. Unde ait iterum dominus ad heliam. Nunquid non vidisti a-
chab humiliatum coram me. ecce mali quod dixi tibi ut facerem ei non faciam
et in diebus suis penitentia ira dei erat super eum. Sic patet de ninivitis. Jone 3. quarto
necessaria est penitentia. Unde quarto hoc considerato. Et tanta fuit vix penitentie in rep-
bis. quando in electos. Exemplum ex herba in [illegible]. Nam videmus quod omne
animal quando se infirmum sentit solicite ponderat et querit sue salvationis remedium
in [illegible]. Ursus cum se gravatum sentit ut ait Ambrosius in exameron
formicas querit et comedit. et per eas purgatur tanquam per medicinam. Sicut
refert Valerius. Cervus cum se vulneratum sentit sagitta venenata cur-
rit ad querendam herbam dictamni. et cum eam comederit ferrum de vulnere
exeunt cum veneno. et sic sanatur. Sic et mustella cum percutitur ab serpente
querit cardella et sic sanatur. homines et cum sunt corde infirmi solicite que-
runt medicos meliores a quibus curari possunt. Cum ergo vulnera anime
scilicet vitia et peccata sunt graviora et periculosiora quam vulnera corporis. tum quia
occultiora. tum quia ad peiorem putredinem finalem perducunt quia ad mortem anime
non quasi temporalem sed eternalem. Cur miser homo non magis solicite querit remedium
penitentie quo omnes morbi et vulnera anime sanantur. Sed heu hoc videmus maxime
certas peccatorum. nam maiorem diligentiam habet peccator in putredine de iumento suo
et asino quam de anima ad ymaginem dei creata. quia si asinus infirmatur subito
mittitur pro malescalco nigro. Sed cum infirmatur ipse in anima vilipendit et ne-
gligit. Item maiorem curam habet de calciamento suo quam de anima etc. dicit ut ex-
pedit. Debet ergo quilibet peccator et maxime in hac xlma conversione cordis clamare ad dominum
dicens. peccata mea domine sicut sagitte infixa sunt in me etc. Sic et dd clamabat ad dominum
dicens. Miserere mei domine quoniam infirmus sum. sana me domine quoniam conturbata sunt omnia ossa mea. i. virtutes
anime quibus anima sustentatur in gratia dei sicut corpus ossibus sustentatur et postmodum ne ca-
dat patet exemplo. quarto auctoritate. Nam plures auctoritates habemus de hoc. Et primo modo 3o. penitentiam
agite appropinquabit enim regnum celorum. Joel 2o. Convertimini ad me in toto corde
vestro etc. Jerem. 18. Si penitentiam egerit gens ista pessima a malo quod fecit agam
et ego penitentiam. i. me habebo ad modum penitentis super malo quod cogitavi ut facerem
ei. Et sic ergo videmus quod homo si penitentiam non agit deus non remittit offensam. Et
hec auctoritas loquitur dulciter persuadendo et propiciando. Et quamvis iste non prosunt
dominus alibi loquitur propiciando et comminando mala plurima contra illos qui nolunt agere

penitentiam. et hoc facit dupliciter. primo comminando mala in generali. 2o in particulari. In generali
quidem ut dicitur Luc. 13. Dico vobis quod nisi penitentiam egeritis omnes simul peribitis. scilicet morte
eterna. In particulari non sub figura civitatis ierusalem comminatur anime impenitenti. Luc. 19. vi-
dens ierusalem civitatem flevit super illam etc. [illegible]
Utrum homo in fine vite sue possit proficuam agere penitentiam. Respondeo et dico sic per c. [illegible] d.
20. ubi dicit. quod tanta est benignitas dei quod nulli denegat misericordiam faciendi in se quod
potest. ad suscipiendum eam. Sed ad faciendum quod in se est duo requiruntur apertissime que integrant
penitentiam. scilicet dolor de preteritis. et propositum de futuris cavendis. Cum ergo quamdiu vixerit
in homine possit hec duo facere potest se ad penitentiam preparare et per consequens misericordiam consequi. Cum
misericordia dei se preparantibus nunquam desit. Et ideo quamdiu manet liberum arbitrium potest quis penitentiam
salutiferam agere. quod probo exemplo latronis. nam in fine vite sue condignam egit penitentiam
Lu. ergo latro. Cur non [illegible]. Sed quicquid hic possit sit audiant peccatores Augustinum dicentem.
Timendum est de penitentie sero. Unde de pe. d. 7a. Si quis positus in ultima necessitate
sue egritudinis voluerit accipere penitentiam et accipit. et mox reconciliatur et hic vadit.
fateor vobis non illi negamus quod petit. sed non presumimus quod hic bene exeat. Si se-
curus hic exierit nescio. penitentiam dare possumus securitatem non. nunquid dico damp-
nabitur. sed nec dico liberabitur. Vis ergo a dubio liberari vis quod incertum est evadere
age penitentiam dum sanus es. si sic agis dico tibi quod securus es. quia penitentiam egisti eo
tempore quo peccare potuisti. Si autem vis agere penitentiam cum peccare non poteris. peccata
te dimiserunt non tu illa. Item Nullus expectet cum peccare non potest. Arbitrii enim
querat libertatem ut delere possit commissa non necessitatem. Qui prius itaque relinquitur
a peccatis quam ipse relinquat ea. non libere sed quasi necessitate condempnat. que ergo
sero penitet non oportet solum timere dominum iudicem. sed iustum diligere non tantum penam
timeat sed anxietur pro gloria. Exemplum habetur in vitis patrum de sero [illegible] du-
cet in deserto audivit vocem dicentem sibi. Veni et ostendam tibi opera hominum. Unde dum egressus
fuisset vidit ethiopem nigerrimum cum securi incidentem ligna. et dum fecisset maximam
sarcinam lignorum et illam elevare vellet non potuit propter multitudinem lignorum. Ipse
plura incidit et apposuit. et semper erat difficilior ad elevandum. Unde angelus
dicit ei. Iste sunt opera hominum. semper addunt peccata peccatis et ferre non possunt et
sub ipsis deprimuntur et ad inferna deducuntur. Ergo ut concludit Augustinus quod licet
homo in fine vite sue possit penitere tamen timendum est et maxime propter has rationes.

Primo. propter passionum aggravationem.
2o. propter mortis trepidationem.
3o. propter demonum obsessionem.
4o. propter peccati infestationem.
5o. propter temporalium bonorum alienationem.

Primo. permittit deus tales peccatores impugnari a passionibus. Nam ut dicit Scotus. quasi solum
evenire quod in extremo vite cum peccatores
infirmantur in scientia pre adest maximus
dolor. et maximus timor. dolet relinquere
que multum que consimilis bona magis
dilexerit quam deum. timet mortem que eos punit [illegible] bono et vite
temporali quam proposuit eterne. O quantus labor cor/corda [illegible] etc.

cupat. dices 2 oia sut gt eu. oculi qr no vident. aures qr no audiut
Caput brachia tremut. stomachus dolz. dices e 9 eu qr no pot laborare.
noxs qr no pt dormire. mo ad caput lecti mo ad pedes d. heu. heu. Memo
2 itellectus deficiut. Altat ex hiis passionibus zc. qr sm Aug. passiones istā
biles plus zoris suscitat qz delectabiles. Inde fit ut 2 ipi miseri q ppposuerunt ma
lefacieis i extremo vite sue ad pniaz venire / nl de deo cogitet ulla nqz de ppria
salute memor hent. qr ut Aug. i smoe de pnicētibz ait. pcutit hac aia
adusione peccator. ut moriens obliviscat sui. qui du viveret oblitus e dei. Sunt
de ho quotte ex clarissima. vide i alio lo. Jo dt luc. 19. Ecce dies venient
i te. i. gt te. zc. 2°. pp mortis trepidatory. que nōt cu dt. Circūdabut
te inimici tui. Inimica sut timor et dolor de morte istate. Jn morte nāqz
totus ho pati. p° i sensibz corpis. s. i visu. qr oculis eius odiosa lux q prius
e amabilis. Jt videt uxore filios 2 osanguineos flentes quos cu mag° dolore
relinquit. Jt pati in auditu qr audit voces 2 fletu plagentiu. Jt i odoratu ex
fetore sui corpis ifecti. Jt i gustu qr ht palatu amaru p infectory febris. Jt
i tactu qr totu corpus dolz. 2° i aia pati. p° timet qr cogitat se de pxio
moritury. Jt memor qr recordat supprias de mala vita pterita. 2 de delectatiobz
malis q ei vertent in amaritudinez. 2 quibz nuqz icetuy fruet. Jo dt.
O. mors qz amara e memoria tua hoi iniusto. Jt volutas dolz valde se pdē aui
argetu. possessiones filios osanguineos 2 corpus suu. et pditus e. aiay. O.
quot angustie. Jo dt phs. qr mors e ultimu terribiliu. Quo g° potit se aia
cogitare de deo tot doloribus 2 timoribz ivoluta 2 submersa. Jo dt i p° moriēt
Circūdedert me dolores mortis 2 picula iferi zc. Et qmuis ista mala sint cois
et electi. tn electi suscipiut ocpatia 2 ppe qr no curat de vita pnti. Sz defuit
ad qua qto sut priores tato sut alacriores. vn eccl. 8. Q custodit prep
no expiet quicqz mali. et ad ro. 8. diligetibz deu oia cooperatur in bonu.
Qz impenitentes q no ht ppe vite etne patiut ista mala cu mag° pdere
2 amaritudie. Jst ne aliqs remediu. no. ni illd qd dt Sapie. eccl. 12. Me
mento creatoris tui i diebz iuventutis tue / anqz veniat tps afflictiois. s. senectutis
2 appropinquat anni i quibz dicas. no placet m. Nōo gº stultica illoz q dut. qñ
ero senex agā pniaz zc. Jo Caramy ofulo nobis ut du estis sani disponatis
de rebz vris faciēs testa 2 placeamus deo. vn ecca cantat. Emendem⁹ in
melius que ignoracia peccavimus ne subito pocupati die mortis qram⁹ spatiu
pnie 2 invenire no possimus.
3. pp demonu obsessiony. qr nōt cu dt. Circūdabut te inimici tui. i. demones. P
mittit deus ipugnari peccatores adomortis. qr si no videant aspectabz
appent tn hiis q moriut appetu horribilissimo. temptatqz infestat acro
nant dirissimo certamine ut de aia disponent. vn beda refert de gestis
Anglor. qr rex qdam anglie ht miles i armis pbu. sz corrupta moribz.

Cu at i provincia mortem infirmitate feriret. a rege visitat 2 ad pniaz hortat. Ille no
renuit. d. qr dicet qd faceret ex timiditate. sic mortuus e sn pnia. vide hn
i alio lo. Nō similitudiny de pdice absondita. si i circuitu ei cent cetu uel
mille canes i aere totidh falcones 2 hoies venatores 9 bacus illa fugitus
2 expetetes v remane no poss. qd faciet misera pdix. Sic e de aia i pni
tentis. fracta est cor. Canes i circuitu sut demones q sut i terra. Falcones
.i. demones q sut i aere. vn ps. Jnhitabunt ibi 2 absondent ipi calcaneu meu
observabut. est gº molestus dyas morietibz no sol impiys atqz pusis. sz et viris
sctis 2 iustis. Sic scribit Cirillus ad Aug. i tractatu bti Jheo. de bto eusebio.
vide i alio lo. Jt xpo appuit dyas i cruce. ut dt beda. bta gº virgo p grāz
obtinuit. qr ei no apperet demones i morte. dolores no cor vrgent ut
aia exeat. no pt aliqº mo ibi remanere. Ecce misera aia i quali e pssura
libenter tuc vellz hre plongatory tpis ad pniteny. sz no exaudiet. Nota
exm qd ponit gg° i dial. de illo q videt demones 2 horribilr tremens cla
mabat. Inducias usqz mane. Inducias usqz mane. sic clamas 2 revolvens
p lectu ut demony aspectu fugeret expiravit. Jo Ysaie 14°. Jnferny subtus
oturbatus e i occursum adventus tui / suscitabit tibi gigates .i. demones.
4°. pmittit deus impnitentes ipugnari et molestari apentibz 2 ppinquis.
ipi eqs sut qui egrotatibz ofessiony notare no audent. sacdotes 2 religiosos
notare volentes idignat expellunt. notariis si oparuerit ut testa ostituant
turpit eiciut. O. Amici carnales. O. fili aiaz caroz vroz. de nobis dt
Mi. 10. Jnimici hois domestici ei. ppea salubrit puisu est. p c. Cu
infirmitas. de pe. et re. dicit ei sic. Cu infirmitas corporis no nuqz ex pecto
pveniat dicente dno languido que sanaverat. vade 2 amplius noli peccare ne
detius t otigat. pnti decreto statuim 2 districte pcipimus medicis corporu
ut cu eos ad ifirmos vocari otigerit. ipos an oia moneat 2 inducat
ut medicos advocet aiaz. ut p°qz ifirmo fuit de spuali salute pvisum
ad corporis medicine remediu salubrius pcedat. cu cessante ca cesset effect
hc ibi. Qz pmittere deo ad pniaz negligetia impnitentiu. nec ipi medici
statuta hoc salubrimu sunt zc.
5° 2 ultio. rone tpalia alienatiu. dt ei ho i morte ele. ego usqz nuc labo
rari ad acqrey divitias. feci m pomeriu 2 palatia et emi possessiones. 2
mo qn debebam gaudere 2 qescere morior 2 cor ei replet amaritudie. Iust
cu laborat i extremis videt oculis propriys uxore furari ista bo filios illa
attrahentes illud. et qn aiqz moriat expoliat domus ei. tuc dt i corde suo
Ecce q oggregavi cui erit. qnz aliqs moriens no ht filios nec filias nec
osanguineos 2 videbit qd divitie sue devenient ad manus illoz q nuqz sibi
fuerunt. nec viuqz sciebat lorum. nec viuqz de aia sua recordabuntur. et tuc

dicit in corde suo. Si reddidissem quod divitie mee devenissent ad manus illorum potius dimicare permisissem. et istis vexatur cor eius. Cum enim in extremis laborat corde suo cogitat de creditoribus et debitoribus. vocat filios et dicit eis. ego solui tibi debitore meo. et tibi debeo hoc ab illo. et talia in tantum. Estote advisati filii mei illo petite. postremo audit illud. dimitte filie mee. unus petit unum. alius aliud. ita quod ultimo nichil fit de deo. ymo heredes expellunt fratres ne faciat contrarius aliquam gratiam. ne sic priventur hereditate. ille dicit. fac tu me morier de deo. sed solum de divitiis et de rebus relinquendis. Cum ergo in istis et multis aliis versetur cor eius. quod est probabile quod habeat contritionem peccatorum suorum. Ut sic patet etc.

Qualis debeat esse penitentia fructuosa que est electorum et salvandorum ostendit nobis sanctus propheta Joel. 2°. in persona dei. Convertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio et fletu et planctu et scindite corda vestra et non vestimenta vestra ait dominus omnipotens. Ubi ponitur novem conditiones quas debet habere penitentia ut sit deo accepta et anime utilis. scilicet.

Primo. debet esse festina — Convertimini.
2°. debet esse recta — Ad me.
3°. debet esse integra — in toto.
4°. debet esse voluntaria — Corde.
5°. debet esse propria — Vestro.
6°. debet esse austera — Jeiunio.
7°. debet esse lacrimosa — Fletu.
8°. debet esse devota — planctu.
9°. debet esse pia — Scindite.

Dico primo quod debet esse festina. quod notatur cum dicitur. Convertimini. in presenti. non in futuro debet ergo peccator statim converti. non expectare annum. non menses. non ebdomadam non diem. non horam. quia dominus dicit Mt. Nescitis diem neque horam. Apoc 3°. ego sto ad hostium et pulso etc. Jero. Qui tibi veniam de commissis promisit. scilicet propter penitentiam. ad diem crastinum non promisit. quia ignoramus quid nobis crastina sit paritura dies. et eccl. 7°. Ne tardes converti ad dominum etc. O quot animas sunt in inferno que expectantes tempus faciendi penitentiam frustrate sunt ab expectatione sua morte preveniente. provenit autem ista procrastinatio ex hoc quod peccator reprovidit sibi longam vitam. eccl. 29. Reprovissio nequissima multos perdidit. nota. nequissima. id est pessima in superlativo gradu. est enim ista reprovissio. mala. peior. et pessima. Mala quidem et fatua quia sibi usurpat peccator quod proprium est dei. scilicet de futuro tempore disponere. et hoc suggerente dyabolo. sicut suggessit eve. d. Neque morieminni. act. 1°. Non est vestrum nosse tempora etc. Peior quia credit quod deus daturus sit sibi longum tempus. quod tamen male et fatue expendit. cum et si deus longum tempus sibi promisisset illud abrenuisset. Si penitere noluerit. quia illa promissio intelligeretur sub conditione si penitentiam ageret. quod patet Gen. 6. Non permanebit spiritus meus in homine in eternum quia caro est. eruntque dies eius. C. 20. annorum. non. propter

meus. id est indignatio mea. eruntque dies eius etc. scilicet ad penitendum. hoc enim verbum dixit dominus per septuaginta annos. eo anno quo archa cepit fieri. sed quia homines in malicia perseveraverunt. ideo perfixum terminum. scilicet. centesimo anno deleti sunt. Sic ergo dominus promissum tempus nolentibus penitere abstulit. quod faciet illis quibus ultimum tempus promisit quia dicit propheta. fidelis dominus in omnibus verbis suis. ad sic fecit quod promisit deus dd de salomone. d. 2. Reg. 7°. Stabiliam tronum regni eius usque in sempiternum. et tamen propter peccata illud regnum abstulit pro maiori parte tempore roboam. sic patet 3. Reg. 12. Item ista repromissio est pessima. quia peccator non tantum tempus datum perdit. ymo in contumelia ipsius conditoris expendit. et futurum tempus in contumelia ipsius expendere disponit. quamvis ergo fatuitate presumit quod deus qui istum novit debeat sibi longam vitam dare. Io tenemur consilium dicentis. eccl. 7°. Ne tardes converti ad dominum. et estote parati. Figura hic de corvo emisso de archa qui nunquam est reversus ad archam cantans. cras. cras. Sic ergo contemus de crastina expectatione nunquam pervenit ad crastinum illud. Gen. 8. Item sophonie 2°. vox cantantis in fenestra. corvus in superliminari. Sic peccator egreditur de archa. id est de ecclesia per peccatum mortale. Sic ergo similis efficitur corvo de expectatione expectans cras. penitentie. similis erit ei in nunquam redeundo ad archam. Io dicit eccl. 7°. Ne tardes converti ad dominum nec differas de die in diem. subito enim veniet ira illius et in tempore vindicte disperdet te. tempus vindicte. id est iustie divine. est tempus mortis. quia tempus vite penitentie est tempus mie. Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo. Item hebr. 9°. Statutum est omnibus hominibus mori. propter hoc ait iudicium. Io sancta mater ecclesia nos admonet. d. Emendemus in melius que ignorantie peccavimus ne subito preoccupati die mortis queramus spatium penitentie et invenire non possimus. Item lucanus Tolle moras semper nocuit differre paratis.

Conditio seu qualitas secunda penitentie est quia debet esse recta. cum dicitur ad me. Ubi notandum quod rectitudo penitentie perficitur ex duobus. primo ex conversione. 2°. ex fine. Primo ex conversione unde dicitur convertimini. id est convertimini. Est enim similis peccator infirmo cuius cura est per conversionem. Item similis baculo curvo quod oportet converti ut adhoc ut dirigatur. Nam ut ait Aug. peccatum est spreto incommutabili bono. bonis commutabilibus adherere. bonum autem incommutabile est deus. malachie 3°. Ego sum deus et non mutor. bona non commutabilia sunt mundus et omnia eius bona sunt commutabilia. sic honores. pompe. divitie etc. 20. 8°. Vanitati enim creatura subiecta est. Experientia enim docet omnia bona mundi mutabilia esse. Nam homo heri hodie est in dignitate cras non nunc etc. boetius. Quid me felicem toties iactastis amici qui cecidit stabili non erat ille gradu. Item Jo. 2. Mundus transit et concupiscentia eius. Peccatores autem vertunt tergum deo. et faciem creature. Io conqueritur deus. Jere. 2°. Verterunt ad me tergum et non faciem. et 32. Verterunt ad me tergum et non facies. ponamus in contrario. Unde spreto bono incommutabili quod est deus. et eius mandatis. adheret nobis se per divitias et luxus terreas et huiusmodi. Si ergo vult rectificari vertatur in contrarium. scilicet ut spernat mundum et adhereat deo. sic fecit beatus matheus. qui relictis omnibus secutus est christum. Mt. 9°. Item bonum commutabile est caro

et eius voluptatis. ysaie 40. Omnis caro fenum et omnis gloria eius quasi flos feni. nam in mane i. in iuventute sicut herba transit et floret. vespere i. in senectute decidit et durat et arescit. sic in infirmitate. [illegible] ut sic carne vivit sed vult rectificare voluntatem suam ut sic spiritu vivat [illegible] ad Ro. 8. Si enim secundum carnem vixeritis moriemini. si autem spiritu facta carnis mortificaveritis vivetis. Item ad gal. 5°. Spiritu ambulate et desideria carnis non perficietis. sic magdalena postquam convertit se ad xpm luc. 7°. Item bona mundi gloria divitias honores etc. que sunt bona temporalia relinquat ut consequatur ista bona spiritualia et eius mandata. sic si vult rectificare [illegible] gloriam ut habeat gloriam celestem que solis humilibus datur. Job 22. Qui humiliatus fuerit erit in gloria. et mt. 18. Nisi efficiamini sicut parvuli non intrabitis in regnum celorum sic fecit dd. [illegible] Elegi abiectus esse in domo dei mei magis dicit ut expedit. 2° recte debet penitens perficere ex fine [illegible] ei homo non recte sagittat qui non respicit signum. Ita homo non recte penitet nisi respiciat deum ut scilicet propter deum et non alium finem labores penitentie portet. Ideo ad hunc debet peccator penitens dolere propter deum offensum et propter deum [illegible] quia ipse deus debet esse finis omnium operum nostrorum. Multi enim penitentes dolores et labores patiuntur. sed quia non propter deum ideo sunt infructuosi et inutiles. [illegible] 3° [illegible] et vana [illegible] et labores sine fructu et inutilia opera corporis. Forma 3° perfecte penitentie consistit in fine [illegible] dicens apocalipsis etc.

Quarto penitentia debet esse integra dum dicitur in toto corde. primo quantum ad contritionem ut de omnibus peccatis doleat et omnia relinquat. aliquin non curatur anima. legitur in legenda sancti Sebastiani quod cum cromatius maximus et ditissimus gravissime egrotaret et promisisset beato Sebastiano quod converteretur ad fidem si daret ei aliquod remedium quo curaretur. ipse dixit si confringeret omnia ydola et baptizaretur curaretur. quod ipse fecit. reservato tamen uno scilicet solis lune et stellarum quod erat aureum et valde preciosum. baptizatur et non curatur. postquam non penituit et confessus est et destruxit illud simulacrum quod retinuerat. apparuit sibi angelus domini perfecte curans eum. sic similiter penitens non curatur nisi de omnibus conteratur. propheta Lavabo per singulas noctes lectum meum i. per singula peccata. 2° debet esse integra quantum ad confessionem ut penitens omnia peccata sua confiteatur et dicat in speciali scita. ignorata et oblita in generali. unde [illegible] 28. ab omni delicto munda cor tuum. et propheta Confitebor tibi domine in toto corde. Est enim peccator [illegible] multis peccatis sicut vulneratus multis vulneribus letalibus quo [illegible] non omnia curantur. et ideo oportet quod omnia detegat medico sicut [illegible] dicitur 9 de confessione [illegible]. 3° debet esse integra quantum ad satisfactionem. aliquin oportet satisfieri alibi scilicet in purgatorio ubi gravissima est pena ut ait Aug. [illegible] 24. Qui [illegible] etc. [illegible] de illo proposito quod [illegible] etc.

Quinta conditio seu qualitas penitentie debet esse voluntaria dum dicitur corde i. voluntate. ut sit spontanea non coacta sicut est pena incarceratorum et violenter suppressorum sicut patiebatur latro sinister. luc. 23. et Simon cireneus de quo [illegible] qui non voluntarie sed coacte portavit crucem domini. Nota quod triplex legitur crux. unde crux xpi. crux latronis dextri. et crux latronis sinistri. Prima crux xpi significat penitentiam voluntarie assumptam. sicut xpus voluntarie passus est in cruce. ysaie 53. oblatus

est quia ipse voluit. Talis penitentia proprie placet deo. Quia scilicet homo seipsum sponte affligit ieiuniis vigiliis disciplinis orationibus et huiusmodi. propheta Voluntarie sacrificabo tibi etc. Secunda crux est latronis boni dextri. que significat penitentiam non voluntarie assumptam sed illatam a deo et confessore quam tamen penitens libenter suffert et humiliter. Sic quando deus dat homini infirmitatem mortem filiorum et alia huiusmodi adversa. Ista et placet deo. sic crux latronis boni. propheta Dum [illegible] in erumpna mea dum configitur spina. scilicet adversitatis. Tertia crux est latronis mali sinistri. et ista significat penitentiam illorum qui coacti [illegible] sicut cum latro ducitur ad furcas ut homicida. unde petrus i. petri 4°. Nemo vestrum patiatur sicut homicida aut fur aut maledicus aut alienorum appetitor. Talis fuit penitentia anthiochi regis qui cum percussus esset adeo propter sua scelera. [illegible] cum dolore vivens [illegible] tormenta cepit ex [illegible] sceleribus deduci ad dedignationem venire. et cum ipse fetorem suum ferre non posset ita ait. Justum est subditum esse deo et mortalem non paria deo sentire. et statim subdit scriptura dicens Orabat scelestus dominum a quo non erat misericordiam consecuturus. 2 machab. 9. hec non placet deo sicut nec crux latronis sinistri. Ideo dicit apostolus 2 cor 9°. Unusquisque prout destinavit in corde suo non ex tristitia aut necessitate. hilarem enim datorem diligit deus.

Sexta conditio penitentie debet esse propria ideo dicitur vestra. [illegible] accidit in baptismo. nam in baptismo sufficit puero fides aliena confitenti pro ipso ut ipse baptizetur et [illegible] suscipiat. Sed in penitentia non sufficit contritio propria confitenti alieno. potest enim unus homo pro alio satisfacere. sed non pro alieno conteri nec et confiteri. unde de pe. d. i. que penitet [illegible] Unde dicit textus. Qui [illegible] penitet omnino peniteat et dolorem lacrimis ostendat. representet vitam suam deo per sacerdotem. preveniat iudicium dei per confessionem. precepit enim dominus mundandis ut ostenderent ora sacerdotibus. docens corporali presentia confitenda peccata non per nuntium non per scriptum manifestanda. dixit enim ora monstrate et omnes non unum pro omnibus. non alium statuatis nuntium qui pro vobis offerat munus a moyse statutum. sed qui per vos peccastis per vos erubescatis. erubescentia enim ipsa partem habet remissionis. Hec satis patet per exemplum. Nam medicina apposita uni membro non sanat aliud. puta medicina que apponitur calcaneo non sanat oculum. Ita contritio unius non sanat alterius. et sic patet hec sexta conditio penitentie.

Septima conditio debet esse mixta dum dicitur in ieiunio. quo scilicet affligitur caro nostra. unde ecclesia sancta statuit ieiunium xl. scilicet xl. dierum. Nam ut ait gregorius. Ex hoc corporali et mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus. et per voluptates eiusdem corporis preceptis dominicis contraimus que per decalogum sunt accepta. quia igitur per carnis desideria decalogi mandata contempsimus dignum est ut eandem carnem quaterdecies affligamus. Hec ille. per hunc enim quadragenarium ieiunium deo damus decimas anni ut notatur de con. d. 5. quadragesima. [illegible] aliquid necessario. [illegible] alibi. de his omnibus dicetur cum de ieiunio predicabitur. Est tamen notandum quod non solum a cibis debet homo ieiunare sed et a vitiis. Qui enim ieiunat et a vitiis non abstinet similis est dyabolo. unde debent homines a litibus et contentionibus abstinere. unde dicit ysaie 58. Ecce in die ieiunii vestri invenitur voluntas vestra mala et omnes debitores vestros repetitis. ecce ad lites et contentiones ieiunatis et percutitis pugno impie. Item a celebratione nuptiarum et [illegible] abstinendum est. ut 33. q. 4. primo. et [illegible] non oportet. et [illegible] non uxorem videtur et carnalis

copula et iungis hoc tempore prohibetur ut habetur c° xxx q. iiii. Sed dicit glo. ibi quod hoc est de consilio
intelligendum. 7° contritio debet esse lacrimosa. cum dicit fletu. Sic faciebat David. lavabo per
singulas noctes lectum meum etc. Item alibi. fuerunt mihi lacrime etc. Sic et magdalena de qua dicitur
luc. 7° quod stans retro secus pedes domini ihesu lacrimis cepit rigare et capillis capitis sui
tergebat. Quod si homo non potest lacrimas exteriores emittere. saltem effundat interiores. Non
[illegible] potest contingere multipliciter. primo ex defectu doloris ut homo
qui deffectus lacrimarum [illegible] [illegible] tempore. 2° quia contingit ex habitudine doloris
minus doleat de peccato quam de [illegible] [illegible] 3° quia homo se continet ut coram solo deo
[illegible] lacrimas [illegible] propter calorem [illegible] quia ex duritia [illegible] quod homo flere non potest corporaliter pro peccatis. et
si fleat pro morte amici. quia dolor ille est magis sensibilis et ideo magis [illegible]
ad resolutionem corporis in lacrimas. hec beatus tho. quarto sen. d. 14. 12° 7°.
18 contritio debet esse devota. ibi dicit et planctu. hec autem devotio habet et [illegible] [illegible]
assiduas debet esse peccator [illegible] et planget [illegible] [illegible] postulare.
sic faciebat ille servus qui [illegible] [illegible] patientiam habe in me et omnia reddam
[illegible] et propter hoc audivit. Omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me mt. 18. [illegible]
[illegible] [illegible] unge caput tuum. et faciem tuam lava. non unge caput tuum. [illegible]
[illegible] mt. 6. unge caput. et faciem [illegible] [illegible] [illegible] designatur. ut [illegible] domino. de [illegible]
[illegible] devotionis [illegible] [illegible] [illegible] aqua lacrimarum [illegible] aqua [illegible]. sic publicanus [illegible]
et faciem tuam lava. i. aqua lacrimarum [illegible] aqua [illegible]. luc. 18.
[illegible] d. deus propitius esto mihi peccatori. luc. 18.
[¶] [illegible] et ultima contritio [illegible] debet esse pia. cum dicit et scindite corda vestra. s. ad compassionem
pauperum quibus debemus compati et elemosinas largiri. presertim hoc tempore xl°. [illegible]
[illegible] xl°. ut nemo sibi sola abstinentia credat sufficere cum dominus per prophetam dicat
Nonne hoc est ieiunium quod elegi. Frange esurienti panem tuum. Illud ergo ieiunium deus acceptat
quod ad eum [illegible] elemosinarum levat. quod cum proximi dilectione agitur quod ex pietate
[illegible] [illegible] [illegible] propheta. Frange esurienti panem tuum et egenos [illegible]
[illegible] [illegible] cum videris nudum operi eum et carnem tuam ne despexeris etc. [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fructuosa et [illegible]
[illegible] vite eterne. Ad quam nos perducat qui est benedictus in secula. Amen.

Nota quod cum multiplex pena sensus in inferno in sacra scriptura legatur. possumus
tamen illas ad octo reducere que in infrascriptis versibus continentur. sicut legitur in legenda beati
Io. evangeliste. et hi sunt versus.

Vermes et tenebre flagellum frigus et ignis.
Demonis aspectus. scelerum confusio. luctus.

Prima ergo pena sensus in inferno est vermis corrosio. de qua pena dicitur ysaie ultimo. vermis eorum non morietur.

In inferno namque vermes immortales erunt qui carnes impiorum sine fine corrodent.
[illegible] iudith. 16. dabit [illegible] ignem et vermes in carnes eorum. Item eccl. 7°. vindicta
carnis impii ignis et vermis. [illegible] vermis [illegible] spiritualis [illegible]
[illegible]. vide b. tho. contra gentiles c° 27. et in quarto sen. d. 40. 12° 2° et q. 3.
Et si spiritualiter intelligimus vermis [illegible] est quam conscientie remorsus qui dicitur vermis
quia [illegible] ex putredine peccati. et animam vehementer affligit. sic vermis corporalis
ex putredine ortus affligit [illegible]. hec tho. [illegible] in sup. [illegible] intelligamus [illegible]
quod in inferno sit vermis. [illegible] erit ex divina potentia [illegible] ultione iusta dampnatorum
ut sicut in hac vita de vermibus i. de rebus corruptoris [illegible] delectati sunt. quod

7

maxime verificatur de luxuriosis qui delectantur de carne que vermium pabulum. Iob 24. dul
cedo illius vermes. sic et vermes patiuntur in pena. [illegible] ysaie 24. [illegible] [illegible] tinea
et operimentum tuum erunt vermes. Non [illegible] de illo [illegible] [illegible] qui erat ita deli-
catus et dissolutus cum dixit [illegible] quod in inferno habet lectum de tinea et vermibus
[illegible] [illegible]. ille qui plures dies [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] ordiens [illegible] [illegible] prima [illegible] [illegible] finiunt. Attendant ergo
qui sunt delicati non valentes [illegible] [illegible] pati in lecto. [illegible] poterunt pati vermes
infernales et eternaliter.
[¶] pena est tenebrarum confusio. Sunt enim in inferno tenebre palpabiles obscu-
ritatis mirabilis. longe maiores quam fuerunt tenebre quas immisit dominus
in egypto in flagellum pharaonis per manum moysi. de quibus dicitur exo. 10°. facte
sunt tenebre horribiles in universa terra egypti tribus diebus et nemo vidit fratrem
suum aut fratrem suum. nec movit se de loco in quo erat. Quanto ergo maiores erunt
tenebre date a deo in flagellum dampnatorum in inferno. Ratio autem tenebrarum
harum est duplex. una est physica et naturalis. Alia vero est theologica et spiritualis. Prima
est naturalis quia infernus est in centro terre ut dicit [illegible] in quarto sen. d. 4. et [illegible]
[illegible]. et ideo locus ille est valde remotus a luce solis. lune et stellarum. et
ubi lux occupat [illegible] terre que est corporis grossum. 2a ratio est spiritualis. quia re-
probi in hac vite apposita luce gratie. elegerunt magis tenebras quam lucem.
Io. 3°. hoc est iudicium quia lux i. xpus venit in mundum et dilexerunt homines magis te-
nebras quam lucem. Ubi [illegible] proponit tibi deus lucem [illegible] et tu eligis magis
tenebras [illegible] [illegible] [illegible] honores. [illegible] et [illegible] Item
proponit tibi lucem [illegible] [illegible] et tu eligis [illegible] tenebras [illegible] et [illegible]
Item deus proposuit tibi lucem [illegible] [illegible] ut expedit. Io. ps. Nescierunt neque
intellexerunt in tenebris ambulant. [illegible] fundamenta terre. [illegible] et
iustum est et [illegible] ut puniantur luce in penis. quam contempserunt ex volun-
tate culpa. [illegible]. et ideo tenebras [illegible] puniuntur. ideo dicit dominus mt. 22. sic
ligatis manibus et pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Nota quod tenebre in-
fernales dicuntur exteriores [illegible] ratione. Primo ut notetur [illegible] culpe et pene.
Culpa enim est tenebra interior. sic de reprobo legitur Iob. 20°. omnes tenebre
absconditi sunt [illegible]. Sed pena infernalis dicitur exterior [illegible] s. sup-
[illegible]. 2° dicuntur tenebre exteriores quia ex [illegible] [illegible] et ex [illegible]
[illegible] [illegible] luce [illegible] [illegible] peccatores relinquunt. [illegible] heu quam
[illegible] [illegible] profunda [illegible] [illegible] [illegible] luce relicta [illegible] in extremas re-
tenebras. 3° dicuntur exteriores. quia ex [illegible] et fine sunt. quia perpetue
sunt. ps. [illegible] s. peccatorum [illegible] patrum suorum et usque in eternum non videbit
lumen. [illegible] [illegible] [illegible] s. demonum qui sunt patres peccatorum. Io. 8. vos ex patre
dyabolo estis. 4° dicuntur exteriores quia sunt ex [illegible] [illegible] [illegible]
in hac vita [illegible] [illegible] [illegible] tenebras. [illegible] tenebre egypti [illegible]
[illegible] fuerunt. 5° dicuntur exteriores quia sunt ex [illegible] dei. [illegible] ex [illegible]
[illegible] [illegible] quia [illegible] [illegible] potuerunt [illegible] dei [illegible] noluerunt
[illegible] iustum est [illegible] quia illa nolunt non consequuntur. ps. [illegible] [illegible]
nolit [illegible] ps. noluit benedictionem et elongabitur ab eo. dilexit ma-
ledictionem et veniet ei. 6° dicuntur exteriores i. extreme. i. maxime. ex omni
luce exclusi. nox enim [illegible] non est exterior tenebra [illegible] [illegible] omnes

lune quam illustrat sydera et cum succedit lux diei. Illas vero tenebras infernales nulla
lux illuminat. Unde Job x°. appellat eam terram tenebrosam, id est tenebris plenam et opertam
mortis caligine. Unde Virgilius: Ibant obscuri sola sub nocte per umbras.

Undecima pena est flagellum quo continue flagellabuntur et flagellantur a demonibus. Ubi quamquam
habebunt requiem unius momenti spacio, mille nullum moram. Ieremie 16. Servietis
diis alienis qui non dabunt vobis requiem die ac nocte etc. Sed post resurrectionem corpus fla-
gellabuntur magis in visione demonum. Hic redeat ad decimam et sextam penam de igne.
Ysaie 65. pro eo quod vocavi et non respondistis, locutus sum et non audistis. Faciebatis
malum in oculis meis et que nolui elegistis. Propter hoc dicit dominus deus exercituum: Ecce servi
mei comedent et vos esurietis. Ecce servi mei bibent et vos sitietis etc. Contra-
rium ibi pena et sitis et contra refrigerium penuria, patet in divite epulone qui tot annorum
circulis petiit guttam aque et semper petet usque ad diem iudicii et numquam habebit ut
patet Luce 16. Item flagellabuntur multa constitute pauperie, infirmitatibus, senectute et di-
minutione, post quam corpora resument. Item tunc quod non deficiet. Sed erit mors sine morte et
finis sine fine ut dicit Gregorius in quarto dialogorum et 9° libro moralium. Non tamen intelligas quod
corpora dampnatorum resurgent in etate senili, quia omnes tam electi quam reprobi resurgent in etate
iuvenili, id est [illegible] quarto. Donec occurramus omnes in virum perfectum et mensuram etatis ple-
nitudinis Christi, ut notat beatus Thomas 4 sententiarum distinctione 44 questione 1 articulo 3°. Quod quinto dicitur quod flagellabuntur
senectute, intellige non quantum ad etatem, sed quantum ad labores et passiones quas
confert senectus humano corpori etc.

Duodecima pena est frigus. Matthei 22°. Ibi erit fletus et stridor dentium. Stridor
enim dentium causatur a frigore infernali. Unde secundum Sanctum. Infernus dicitur tartarus
a tremore frigoris quod est apud inferos. Unde Job 24. dicitur: Transibunt ab aquis
nivium ad calorem nimium. Item ille stridor causatur animam indignatione
et furia mentis contra deum. Concupiscentia et contra illata tormenta, propter quod semper erunt in
dolore, labore et tremore. Ideo Ysaie 65. Ecce servi mei laudabunt pre exul-
tatione et vos confundemini pre tristitia et stridore. Ecce servi mei exultabunt
pre exultatione cordis et vos clamabitis pre dolore cordis et pre contritione cordis
ululabitis etc. Unde dampnati semper blasfemant deum et eius sanctos. Apocalipsis 16. Blas-
femabunt deum celi pre doloribus et vulneribus suis et commanducabunt linguas suas
pre dolore. Propterea dicit Augustinus: Mors optatur, sed numquam datur.

Tredecima pena est ignis. Luce 16. Crucior in hac flamma, dicit dives epulo. Et Matthei 25.
Ite maledicti in ignem eternum. Quid autem ille ignis agit in animas separatas et in corpora
dampnatorum post resurrectionem, vide alibi etc. Sed hic oritur dubitatio. Cum in inferno
sit ignis ut dictum est, flamma igitur illuminat, quia generaliter de eius est. Sed quod in inferno sint
tenebre, respondeo sed secundum Gregorium 9° libro moralium. Illa flamma ultorum gere
materiam habet, lumine non habet. Preterea: Supercadit ignis et non videt solem, quam ma-
materiam habet lumine non habet. [illegible] illos quos gehenna flamma devorat, ambitione Xpi lumen careat. Dicat tamen
ibi Gregorius quod ille ignis quantum in dampnatis ad consolationem non lucet, sed ut magis
torqueatur ad id lucet, cum ex visione multa amplius crucietur. Unde
secundum Thomam 4° sententiarum: dicit quod in inferno hic non debet esse locus dispositus ad in-
[illegible] super lucem et tenebras, quia nunc ibi preponere videtur. Sed solummodo secundum quam
diversum super lucem et tenebras, [illegible] ibi illa que afflictionem ingerere possunt. Sunt loquentes locus
umbrositate videatur illa que afflictionem ingerere possunt sint. Loquendo locus
et tenebrosus. Sed tamen ex divina dispositione est ibi aliquid luminis quantum sufficit

ad videndum illa que animam torquere possunt. Et ad hoc satisfacit naturalis situs loci, quia
in medio terre. Unde infernus potest non potest esse ignis nisi feculentus turbidus et quasi fu-
mosus. Hec Thomas. Ad idem facit quod dicit Ysidorus libro 1° de summo bono. Ignis gehenne
et lucebit miseris ad augmentum pene, ut videant unde doleant, et non lucebit ad
consolationem ne videant unde gaudeant.

Quartadecima pena est demonum aspectus. Sicut enim ex visione dei sanctorum maxima et ineffabilis
delectatio et tota beatitudo et ex eadem visione sanctorum sunt omne bonum. Unde [illegible] exodi 33°.
ostendam tibi omne bonum. Augustinus: Visio est tota merces etc. Sic ex visione dyabo-
lorum dampnatorum omne bonum. Augustinus: Visio dei tota merces etc. Sic ex visione dyabo-
Secundo beatus mar. apperuit os suum in ecclesia ad altissimorum contemplationem. Dicitur quod oportet nos ascendere ad contemplationem divine maiestatis dum in hoc mundo sumus. Ps. Ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrimarum. qui ibunt de virtute in virtutem videbitur deus deorum in syon. Sunt autem octo gradus huius ascensus. secundum illud Eze. 40. Octo gradus erant quibus ascendebatur per eam et in octo gradibus ascensus eius. hos gradus petrus enumerat. 2. pet. 1. Vos autem curam omnem subinferentes ministrate in fide virtutem in virtute autem scientiam. in scientia autem abstinentiam. in abstinentia autem patientiam. in patientia autem pietatem. in pietate autem fraternitatis amorem. in amore autem fraternitatis caritatem. hec enim si vobiscum adsint et superent. non vacuos nec sine fructu vos constituent in domini nostri yhesu christi cognitione. Ubi ponit tres virtutes in nobis quantum ad boni introductionem. tres alias ad mali expulsionem. et duas alias ad meritoriam operationem boni. Prima virtus est fides universalis. quia accedentem ad deum oportet credere quia est. et inquirentibus se remunerator sit. ad hebr. 11. Secunda est constantia fortitudinis ne per temptationes decidat. Eccl. 2. fili accedens ad servitutem dei sta in iustitia et timore et prepara animam tuam ad temptationem. Tertia est scientia ut discretio dirigens. nam Bern. discretio non solum est virtus sed et auriga virtutum. sine qua virtus vitium est. Secundo mala abiciendi sunt tres virtutes. Prima est abstinentia malis resistens. 1 the. 4. hec est voluntas dei sanctificatio vestra ut abstineatis vos a fornicatione et sciat unusquisque vas suum possidere in sanctificatione et honore. Secunda est patientia ipsa mala sufferens. ad hebr. 10. patientia nobis necessaria est ut voluntatem dei facientes reportetis magna promissionem. Tertia est pietas operans. 1 thi. 4. Exerce teipsum ad pietatem. nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est. pietas autem ad omnia utilis est promissionem habens vite que nunc est et future. Tertio ad meritorie operationis sunt due virtutes necessarie. scilicet dilectio fraternitatis proximi et zelus. et caritas dei amans. nam in hiis duobus mandatis universa lex pendet et prophete. beatus mar. hiis octo gradibus in deum ascendit. propterea factus est testis. et non tantum spiritus sancti. de christo erat testificando quatuor. Primo humanitas. et de hac testimonium perhibuit matheus. qui eius genealogiam contexuit. ideo in figura hominis describitur. Secundo divinitas et de hac testimonium perhibuit Jo. qui altissime volavit dicens. In principio erat verbum. ideo in figura aquile ponitur. Tertio passio. et de hac lucas testimonium perhibuit qui eam apertius explanavit. ideo in figura vituli qui offerebatur in sacrificium designatur. Quarto resurrectio. et de hac testimonium perhibuit marchus. qui ipsam elegantius conscripsit ideo in specie leonis figuratur. quia leunculus ad clamorem patris die tertia suscitatur. de hiis quatuor testibus dicitur Eze. 1. Similitudo autem vultus eorum facies hominis et facies leonis a dextris ipsorum quatuor. facies autem bovis a sinistris ipsorum quatuor. et facies aquile desuper ipsorum quatuor. Item apoc. 4. Primum animal est simile leoni. Secundum animal simile vitulo. Tertium animal habens faciem hominis. et quartum animal simile aquile volanti.

Tertio beatus mar. apperuit os suum in ecclesia ad rerum conservationem. Dicitur quod paulus

vas electionis ad 3m celum raptus marchum sibi utile in ministerium predicationis asserens
2a thi. ultio. marchum assume et adduc tecum est enim michi necessarius in ministerium.
Unde manifeste ostendit quam profundus fuerit in divina sapientia quam gratiosus in doctrina quam
perfectus in vita quam magnanimus et fortis in defensione fidei catholice. Mundus
enim erat quasi deo inimicus ideo paulus cupiebat marchum secum habere ut tamquam duo
pugiles mundum quasi deo inimicum facilius expugnaret. ecc. 4o melius est duos
esse simul quam unum. Mundus erat tenebrosus ideo cupiebat ipsum habere secum ut tamquam
duo luminaria mundum apostolus illustraret. gen. 1o. fecit deus duo magna luminaria.
quos utrosque sapientia adeo dedecorat. paulus per raptum. marchus per propositum revelationis
relationum. eccl. 24. supplevit enim dominus sapientia et intellectu. Mundus erat aridus. ideo
cupiebat habere eum secum. ut tamquam duo flumina paradisi mundum aridum apostolus irri-
garet. ps. flumen dei repletum est aquis. Magnum flumen ex ore pauli ema-
navit qui in celum raptus fuit doctrina et epistolis mundum fecundavit. Magnum
flumen ex ore marci emanavit qui sua doctrina et ewangelio mundum irrigavit.
Primo quia preceptis testimoniis super xpi introduxit. 2o. quia xpm nos ad humilitatem
exemplo pueri exhortatione adduxit. c. 9o 3o. quia ad dilectionem dei et proximi
nos induxit. c. 12 4o. quia nos amaris abstinentia constrinxit. c. 8. 5o. quia
presumptuosos per comminationem pene perterruit. c. 13 6o. quia leves per frater-
nitate constantie admonuit. c. 9o 7o. quia superbia ambitionibus neruos eruellit
c. 14 8o. quia peste avaritie radicitus extirpavit. c. 5o 9o. quia mor-
bum luxurie fugavit. c. 9o. 10. quia perfectionem misericordie in nobis plantavit.
c. 7o. et sic mundum ad virtutis ducem convertit et inflexit. ut sic dicere
posset illud Jo. 17. pater manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti michi etc.
C 4o beatus mar. apparuit os 1. celebrem ad caritatis possessionem. Nam
per sic leo est fortissimus bestiarum et ad nullius pavet occursum. sic beatus
mar. inter tormentorum supplicia fuit constans. cuius passio fuit valde acerba.
ut patet ex quatuor. Primo quia fuit bis per civitate fune ligato ad collum eius tractus
ubi dicebatur theatrum bubalum ad locum bucoli. i. bubula. erat enim locus extra ci-
vitatem alexandrie iuxta mare qui sic vocabatur. in quo fuit constructa ecclesia a
xpianis in honore beati marci 2o fuit toto corpore laceratus 3o fuit toto sanguine
cruentatus 4o fuit in carcere reclusus. in hiis omnibus imitatus est xpm qui fune ad collum
fuit ad mortem tractus. totus in cruce laceratus. totus sanguine rubricatus et in carcere flagellatus.
Tamen beatus marchus meruit in hac acerbitate quadruplicem consolationem. Primo divi-
nam confortationem. nam ipse dominus yhesus xpus eum visitavit eumque confortavit dicens. pax
marce evangelista meus noli timere quia ego sum tecum ut eruam te 2o angelicam
consolationem. nam angelus ad eum in carcere veniens et ipsum multiplici consolatus fuit. dicens
ecce nomen tuum in celo scriptum est. sorti quam fratris est superna virtutum. 3o. miraculosam
protectionem. nam cum pagani vellent corpus eius comburere. subito aer turbatur. grando
exoritur tonitrua intonant fulgura coruscant ita ut quilibet evadere niteretur. et
sanctum corpus illud intactum relinquitur. 4o gloriosam venerationem. nam xpiani corpus
eius rapuerunt et in ecclesia cum omni reverentia sepelierunt. Sed quia sic dulciter confortatus

est. ideo in sua passione ostendit signum sue devotionis quam docuit xps. nam xps gratias
egit deo patri. luc. 22. Accepto calice gratias agebat etc. oravit et pro suis cruci-
fixoribus dicens. pater ignosce illis. etc. oravit precipue dicens. In manus tuas etc. Sic et iste mo-
dus beatus mar. dum per civitatem traheretur gratias agebat. pro suis occisoribus exorabat.
seipsum deo commendabat dicens. In manus tuas etc. Et sic ipsum exaltavit etc.
C 5 beatus mar. apparuit os 1. celebrem ad venetorum gubernationem. Unde petrus damia-
nus. beata es o alexandria triumphali huius sanguine purpurata. felix et tu
ytalia corporis huius thesauro dives effecta. hec ille. Nam veneti corpus huius digni-
tate pro grande nobilitate cognoscentes ipsum venetias transtulerunt. Unde ecclesiam
mire pulchritudinis eius nomini fabricaverunt. Et quia veneti nobilitate et dignitate
sua a beato marcho denominari voluerunt. ideo videamus que unde sumatur nobilitas.
Triplex enim est nobilitas. scilicet minima et media. et hec est nobilitas sanguinis
que omnibus est communis. hec enim nobilitas est ad bonorum excitativa. Unde seneca epistola 38.
dicit sic. habet enim hoc optimum in se generosus animus quod concitatur ad honesta. neminem
excelsi ingenii virum humilia delectant et sordida. magnarum rerum species ad se
vocat et extollit. hec ille. Alia est nobilitas maior et formalis que omnibus
est possibilis. Unde seneca epistola xl 3a. dicit sic. bona mens omnibus patet. omnes ad hoc sumus
nobiles. Et ovidius de amore. dicit sic. Nobilitas hominis mens et deitatis ymago
nobilitas hominis virtutum clara propago 3a est nobilitas ex utraque composita que
consistit in virtuosorum parentum imitatione. Unde Arist. 2. li. retho. dicit. Nobilitas est
honorabilitas progenitorum nobile quod sunt genus virtutis. Et policratus li. 4o.
dicit sic. Ingenuitas est virtus et antiquitate divitie. nobiles esse viri quibus
existunt progenitores virtus et divitie. nobilitas et virtus est primus est. hec ille.
C 12 hanc nobilitatem est triplex genus nobilium primum genus est eorum qui sua
virtute et rebus ac clare gestis. domum et familiam suam nobilitant. Unde philosophus 4.
ethicorum. Nobiles dignificantur honore. Et Valerius li. 3o. c. 3o. dicit sic. humili
loco nati virtute ad summa dignitate consurgit et generosissimarum ymaginum
stirpis post se relinquunt. istud patet per multa exempla. quod ipse ponit c. 4o. putan-
de tullo hostilio qui licet agresti tugurio natus fuit tamen imperium romanum
3us rexit. patet de tarquino prisco qui cum esset ortus corintho ex mercatore vilis
conditionis tamen suis claris virtutibus quintus rex romanorum effectus est. Cum in imperium
successisset tales sicut homo infime natus. propterea tullus in invectiva contra salu-
stium dicit. Sanctius est me meis rebus bene gestis florere quam maiorum oppi-
nione suffultum vivere et sic ipsis meis nobilitatis initium et virtutis exemplum.
Et ovidius. Non census nec clarum nomen avorum. sed probitas magnum ingenium-
que facit. Et boecius li. 3o. Inest dignitas propter virtutem que protinus
in eos quibus fuit adiuncta transfunditur. Etiam in pryo synagoge. deus non
elegit reges ex nobilibus ymo primum regem scilicet saul. de post asinas assumpsit
2um scilicet david de post fetantes accepit. sic tempore gratie elegit ignobiles. 1. cor. 1o.
Videte vocationem vestram fratres quia non multi sapientes secundum carnem non multi
potentes non multi nobiles sed que stulta sunt mundi elegit deus ut confundat

sapientes, et que pessima sunt mundi elegit deus ut confundat fortia, et ignobilia et
contemptibilia elegit deus et ea que non sunt ut ea que sunt destrueret ut non glorietur
omnis caro in conspectu eius. Hec ille. Secundum genus nobilium est eorum qui a progenitoribus suis no-
bilitatem acceperunt, quam tamen claris rebus a se gestis illustrant. Tertium genus
nobilium est eorum qui illustres sanguine progenitoribus relinquunt aliqua morum
pravitate degenerant. Unde Seneca epistola 76 dicit: Quid ei est stultius quam in homine
aliena laudare. Quid eo dementius qui ea miratur que ad alium transferri protinus
possunt. Non faciunt meliorem equum aurea frena. Sic in homine quicquid laudandum est
quod suum est refert. Item tragedia 1 dicit: Qui genus iactat suum, aliena laudat.
Notandum quod verus nobilis debet esse habere sex virtutes proprias.

- Cordis magnitudinem seu magnanimitatem.
- Arbitrii libertatem.
- Recognitionis affabilitatem.
- Coactionis refrenabilitatem.
- Virilem benignitatem.
- Strennuam liberalitatem.

Prima virtus quam debet habere virtus nobilis est cordis magnitudo seu magnanimitas. De qua dicit 4 ethicorum quod magnanimitas est circa magnos honores, scilicet ut studeat facere ea que sunt digna honore. Non sit tamen quod pro magno estimet humanum honorem. Unde ille qui
contempnunt honores hoc modo quod pro eis adipiscendis nichil iniquum faciunt
nec eos nimis optant laudabiles sunt. Sed quis autem hoc modo contempnunt
honores quod non curarent facere ea que sunt digna honore hoc vituperabile
esset. Sic homo ei tenetur ad magnum quod ex dono dei possidet, et aliquo deficit
qui competit ex sua natura. Magnanimitas igitur facit quod homo se magis dignificat
sine consideratione donorum que possidet ex deo. Sicut si habet magnam virtutem et
magnanimitas facit quod ad perfecta opera virtutis tendat. Et similiter est dicendum de usu
cuiuslibet alterius boni puta scientie vel exterioris fortune. Humilitas autem facit quod homo
seipsum parvipendat secundum considerationem proprii defectus. Beatus Mar[cus] tante fuit humilitatis
ut pollicem sibi amputaret ne ad ordinem sacerdotii posset. Huius modi promoveri
virtutis dispositione dei et auctoritate sancti Petri perducitur. Quem ipsum alexandrina destinavit
episcopum quod et acceperunt et mira et maximo honore dignum ibi pergit. Secundo
virtus nobilis debet habere arbitrii libertatem. Unde tullius libro de paradoxis dicit: Scilicet Nunquid
ille liber est cui mulier imperat, cui leges imponit, prescribit, iubet, vetat quod ei
videtur, nec ille imperanti quid negare potest nec audet recusare. Ego illum non
modo servum, sed etiam nequissimum servum appellandum puto, licet amplissima familia sit
natus. Omnis enim debilitas et humilis et fracta cupiditatis servitus est. Quid est
libertas? potestas vivendi ut velis. Quis autem vivit ut vult, qui recte vivit,
qui gaudet officio, qui nec legibus quidem propter metum paret, sed eas sequitur
et colit, qui nichil facit, nichil dicit, nichil cogitat nisi libenter ac libere. Soli igitur sapienti
quicquid ut nichil faciat invitus, nichil dolens, nichil coactus. Hec ille. Et propterea dicit:
libertas nulla est melior maior nec potius quam servire deo cui tamen servire

amor. Absque iugo posita est ditionis aura nobilitas, que viget affectu non ge-
mitu suspirio. Hec ille. Beatus Mar[cus] tanquam vere nobilis, quia de nobili progenie,
scilicet leviticorum ortus, hac arbitrii libertate usus est. Mox enim ut alexandriam est
ingressus, subito calciamentum eius ruptum est atque solutum, quo ipse intelli-
gens ait: Vere expeditum fecit dominus iter meum, nec me sathanas impedire
poterit, quem ab operibus mortuis dominus iam absolvit. Hec enim summa ingenui-
tas est in qua servitus Christi comprobatur cum servire regnare est. Tertio virtus no-
bilis debet habere recognitionis affabilitatem. Nam sicut ingratitudo est signum rusticitatis
ita beneficiorum recognitio seu recompensatio est signum nobilitatis. Beatus Mar[cus] tanquam
vere nobilis accepto beneficio calciamenti resarcitione a quodam calcifice, rem a suo
non solum equavit, sed etiam vicit. Nam et sanitate illi prestitit, et ipsum cum tota familia
ad Christum conversum baptizavit. Quarto virtus nobilis debet habere coactionis refrenabi-
litatem. Nam militibus datur ensis quo uti debent in hostes patrie ut sic refre-
net eorum violentiam seu coactionem. Beatus Mar[cus] cum in alexandria procurasset
salutem omnium, audiens quod sacerdotes templorum ei insidias parabant, mortem pro
fide Christi sustinere non recusavit, sed ultro se obtulit, tanquam sacrificium mundum et
acceptabile deo, ut fideles Christi confirmaret et infideles a vi sue coactionis
refrenaret. Quinto virtus nobilis debet habere virilem benignitatem. Nam non decet no-
bilem feminea rabies, sed virilis mansuetudo et clementia. Unde tullius
libro 1 de officiis dicit: Nichil est laudabilius, nichil magno et preclaro viro dignius
placabilitate et clementia. Beatus Mar[cus] cum per civitatem traheretur mira
benignitate usus est, cum pro persecutoribus suis dominum exoravit. Sexto virtus no-
bilis debet habere strennuam liberalitatem. Beatus Mar[cus] usque ad finem vite sue se-
ipsum impendit omnimodis curarum et miraculorum prodigiis et predicationum eloquiis
et eximiis provocabat exemplis. Ecce quod beatus Mar[cus] fuit vere nobilis
mediante sex proprietatibus que designantur in sex literis sui nominis. Nobilitate san-
guinis et cetera. Quo ad istas sex proprietates venerunt sub vexillo beati marci
sui gubernatoris et observaverunt et observant, ut patet per singula et cetera.

Tertio beati Mar[ci] apparuit opus in celestium ad supplicandum impetratorum. Greci
ex propriis suffragia et beneficia plures impetraverunt. Quidam enim obtinuerunt
temporalia ad sustentationem ut patet in apulia ubi sterilitas magna erat. Quidam
obtinuerunt spiritualia ad illustrationem ut patet in miraculo sarracenum nau-
fragium patientis, qui ad baptismum convolavit. Quidam obtinuerunt celestia
ad glorificationem sicut patet in miraculo religiosi ad cuius obitum sanctus Mar-
cus venit et in celum eius animam deportavit. Quidam obtinuerunt corporalia
ad corporis sanationem sicut patet de milite de ponte cadente, et de eo
qui de capella sancti marci cecidit quos sanitati restituit per Ihesum
Christum dominum nostrum amen.

In festo beati petri martiris.

Plantatio rose in Iericho. eccl. 24°. proverbialiter dicitur. trenta foglie ha la rosa. Sed beatus petrus martir fuit rosa. Unde dominus Innocentius papa in legenda canonizationis eius dicit. De predicatorum ordine florido prodijt rosa rubens que regalibus oblata conspectibus in tulit suavitatis odoris. hec ille. Triplex est quo dyabolus conatur expugnare fidem christi quadrupliciter.

1° per potentiam tyrampnorum.	1°. per potentiam tyrampnorum. contra quos deus misit sanctos martires qui eos superaverunt per patientiam. luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras.
2°. per falsam sapientiam phylosophorum.	
3°. per simulatam vitam falsorum fratrum.	
4°. per apparentiam falsorum miraculorum.	

2°. per falsam sapientiam phylosophorum. contra quos misit deus doctores qui eos superaverunt per veram sapientiam. 3°. per simulatam vitam falsorum fratrum. contra quos misit deus diversos ordines religiosorum qui eos confundant per solidam et sanctam vitam. ps. Astitit regina a dextris tuis per sanctam vitam. in vestitu deaurato per sinceram caritatem. circumdata varietate per religiosorum diversitatem. 4°. per apparentiam miraculorum falsorum contra quos misit deus fideles testes veritatis. act. 1°. Eritis mihi testes in iherusalem et usque ad ultimo. Illi autem profecti predicaverunt ubique domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. Licet autem sancta mater ecclesia passa fuit in diversis temporibus istam quadruplicem. tamen tempore beati petri martiris simul hec fuerunt congesta per hereticos. velut dyabolus instrumenta. quos quadruplici genere superavit beatus petrus martir. cum sancta mater ecclesia dicit. 1. thi. 6. Certa bonum certamen fidei apprehende vitam eternam. et hoc quatuor modis. 1° per apostolice sedis legationem et sic confringebat eorum potentiam. ps. Confringam illos nec poterunt stare. cadent subtus pedes meos. 2°. per facundam predicationem et sic annichilabat eorum falsam sapientiam. ps. precinxisti me virtute ad bellum et supplantasti insurgentes subtus me. 3°. per virtutum exornationem et sic deprehendebat eorum simulatam et deceptoriam vitam. ps. inimicos meos dedisti dorsum et odientes me disperdidisti. 4°. per miraculorum coruscationem. et sic ostendebat eorum falsa documenta atque conficta. ps. clamaverunt nec erat qui salvos faceret. Unde dominus Innocentius in legenda canonizationis eius dicit. Erubescit fallacia hereticorum quia sua falsitatis commenta vilescunt. et convalescunt apostolica documenta. propterea dicebat beatus petrus martir christi bonus odor sumus. Alijs odor vite in vitam. Alijs odor mortis in mortem scilicet hereticis. Inter quos tamquam rosa inter spinas fuit plantatus. ergo. plantatio rose in iericho. i. inter hereticos ad debellandos et confundendos eos. io. De trenta foglie ha la rosa.

In fidei defensione.	1°. rosa in fidei defensione. Hec enim synagoga in veteri testamento. habuit 3 sanctos patres qui suis claris virtutibus legem dei defenderunt ne infideles illam conculcarent
In christi imitatione.	
In sui remuneratione.	

Sicut illud. eccl. 44. Laudemus viros gloriosos et parentes nostros in generationibus suis. homines magne virtutis et prudentia sua preditos. imitantes virtute prudentiam.

tie propheticis scientissima verba. homines divites in virtute pulcritudinis studium habentes qui gloriam adepti sunt et habent in laudibus. Sic modo sancta mater ecclesia in novo testamento christi fundatum sanguine novissimo tempore emicuit cum beatum petrum martirem qui 3 intentibus tamquam 3 folijs rose in istis fidem christi acriter defendit pro qua morte passus audacissime proposuit ut patebit. 1um folium huius rubentis rose est Abel sanctificatio. Nam ut dicit gregorius in registro et habetur. 14. q. 4. c° septimo. Respexit deus ad abel et ad munera eius. dicturus quippe quod deus respexit ad munera. premisit solicite quod respexit ad abel. quod non offerentes a muneribus sed munera ab offerente placuerunt. hec ibi. Et augustinus habetur de penitentia et habetur de pe. d. 4. c. 1°. dicit sic. Respexit enim deus ad abel et ad eius munera. Sed prius dixit ad abel quam ad munera. Sumnes enim mente qua cognovit habitum puram. remuneravit eius largitatis munera. hec ibi. Sic quoniam abel sanctificatus fuit a deo qui erat fundamentum legis dei et future sic sanctus beatus petrus martir sanctificatus fuit a deo et in gratia confirmatus. Sic enim sanctificatus et confirmatus in gratia est ut non peccaret deinceps mortaliter. quod quidem sibi concessum. Unde Innocentius in legenda canonizationis eius dicit. beatus petrus abstinentia virginitate et innocentia ab omni mortali peccato usque ad mortem servavit. Unde cantat ecclesia in eius ymno. O petre flos pulcritudinis et virtutis sacrarium nullum mortalis criminis sensit unquam contagium. Et hoc quidem convenienter. quod illos quos deus ad aliquid eligit ita preparat et disponit ut ad id ad quod eligit inveniantur ydonei. fratres 2. cor. 3. ydoneos nos fecit novum testamentum. Et cum beatus petrus martir ad hoc esset electus ut fidem christi et ecclesiam catholicam pene collapsam redintegraret. in illis quas obtinuit per quam diligentiis id exequeretur. 2um folium huius fragrantis rose est Enoch. iustificatio. unde ut dicitur ad hebr. 11. Enoch non inveniebatur quia transtulit eum deus. Ante translationem enim eius testimonium habebat placuisse deo. Sic enim enoch translatus est in paradisum terrestrem. Sic beatus petrus martir translatus est ab infidelibus hereticis ad sanctam matrem ecclesiam que est paradisus celestis. In hunc paradisum. scilicet sanctam matrem ecclesiam translatus est beatus petrus martir per baptismalem iustificationem quia non fuit baptizatus baptismo hereticorum. sed baptismo catholicorum. ne in obedientes reputaretur. et ut caracter eius ecclesie signaretur. ut corpori corporale conformaretur. ut in numero fidelium computaretur. ut in donis gratie pervenit inveniret cetis sacrificijs ecclesie preparetur. 3um folium huius odoriferę rose est Noe prostratio. Unde dicitur ad hebr. 11. Noe accepto responso aptavit archam in salutem domus sue. Sed noe per gratiam quam accepit a deo prostravit sanctus. dominus mos. sicut illud 1. pet. 3°. In diebus noe cum fabricaretur archa pauci. i. octo anime salve facte sunt. Noe autem erat tunc sexcentorum annorum. Sed beatus petrus martir cum esset 7. annorum ingressus archam catholice fidei disputavit cum patruo super fidei articulos inevitabilibus rationibus opinionem confudit et maximam multitudinem hereticorum ad christi fidem convertit. quos prostravit a diluvio disputationis. Et licet processit ab hereticis tamen ab eorum erroribus extitit alienus. sic et de noe habetur. 19. 4. processit enim ab eis sicut lux a tenebra. 2. cor. 4. deus qui

dixit lucem splendescere de tenebris, sic lilium apparens. Cant. 1°. Sicut lilium
inter spinas. Unde in sermone in legenda canonizationis eius dicitur. Candido sanctorum colle
gio novum additur lilium et exortum sed stella micans a nebulis. Unde di
citur ibidem. Gaudeat insignis ordo predicatorum quod ex eo prodiit stella micans. Iste est
arcturus positus in nubibus qui est signifer federis fidei catholice et sublevator
fere mergentis ecclesie. 4us folium huius nostre sancte rose est Habrae religio. Unde
dicitur ad Hebr. xi. Habraam obedivit in locum exire quem accepturus erat in
hereditatem cum dictum est ei a domino. Gen. 12. Egredere de terra tua etc. Sic
ut Habraam reliquit cuncta ad iussum dei. Sic beatus Petrus pro nostre relicta
domo, cognatione et patria, professus est Bononie et ibi intravit religionem
fratrum predicatorum que est instituta ad predicationem et confessiones audiendas. Tanto autem cele
brior est religio predicatorum quanto magis per eam procuratur salus animarum quod per
tinet ad obsequium dei, cum nullum sacrificium est acceptius ut dicit Gregorius super
Eze. Nam est et spiritualibus armis contra hereticorum errores et temptationes
demonum fideles defenduntur quam corporalibus armis populus fidelis tueri. Et de
beato Petro martyre in sermone in legenda canonizationis sue sic dicitur. Nocte post dor
mitionem brevem in studiis lectionum et aliis sacris vigiliis occupabat.
dies autem expendebat omnimodis animarum predicationibus et confessionibus audiendis
aut impugnationi hereticorum insistendo. 5us folium huius rose est Ysaac
professio in quo maxime viget obedientia. Unde Augustinus libro 16. de ci. dei c°.
32 dicit. Ysaac sic duxit crucem suam. Sibi ligna ad victime locum
quibus fuerat imponendus ipse portavit. Et in hoc apparuit eius maxima
obedientia. In religione autem summum tenet obedientia ut Gregorius 35 moralium dicit.
Obedientia victimis iure preponitur. quia per victimas aliena caro, per obedientiam
vero propria voluntas mactatur. Nam illud quod fit ex obedientia est magis
deo acceptum quam illud quod fit per propriam voluntatem. Sicut quod Jheronimus dicit
ad Rusticum. Ad id tendit oratio ut doceat te non tuo arbitrio dimi
tendum. Beatus Petrus martyr maxime obediens fuit. Sic in legenda canonizationis sue
in sermone dicitur. Ingressus autem ordinem fratrum predicatorum conversatione conspicuus, pre
stabilis fama, oppinione mirabilis, devotione gratus, humilitate lenis,
obediens placidus, benignitate suavis, pietate compatiens, patientia constans,
caritate prestabilis et in cunctis morum maturitate fuit compositus.
6us folium huius nostre rose est Jacob contemplatio. Nam fugiens a fratre
Esau fratres suos persequentes ipsum propter iram obdormivit. Viditque dominum
innixum scale, cum deus loquutus est et consolatus est ut habetur Gen. 28. Sic
beatus Petrus martyr ob persecutiones quas hereticorum et maxime suorum attinen
tium qui eum accusabant perpessus est et quia scandala propter

transierat in civitate Bononie in diebus ipsorum. Compulsus est iterum
non sine acri pena. Cumque videret pullulare hereses in civitate Cesena
nec posset obviare ut optabat, cum lacrimis coram crucifixo orans ait
Domine quod nosti omnia quomodo fiat, tu scis quod nihil egi contra quod isti ad
versum me nituntur. Desuper quoque Moyses et Aaron pace sustinentibus
te ut servi tui fideles vincerentur. Tunc crucifixus inclinato capite in
aliud latus ait. Et ego petre quid feci. Et sic confortatus est. 7us folium
huius rose est Joseph puritas. Nam fugiens uxorem Putipharis que
ipsum ad adulterium incitabat, castitatem suam illibatam conservavit. ut
habetur Gen. 39. quem tamen falso ipsa accusavit quod vi ipsam opprimere vo
luit. Sic beatus Petrus martyr dum oraret devotius in cella coram ymagine
crucifixi ac diceret illam orationem, Deus innocentie restitutor et amator
dirige ad te tuorum corda fidelium servorum ut spiritus tui fervore concepto
et in fide inveniantur stabiles et in opere efficaces. Et dum virginitatem suam
et agones suos virgini commendaret, audivit beatus virgines duabus
cum tota puellis dicente sibi. Ego rogavi pro te petre ut non defi
ciat fides tua. Statimque accusatus est priori quod cum mulieribus tota nocte col
loqueretur. qui tamen in secretum purgavit. 8us folium est Jude confessio Gen. 49.
Judas quod confitens interpretatur. Petrus martyr in sanguine scripsit Credo. fidem Christi confessus est non
tamen in vita sed et in morte. Quem omnes fratres sui, layci fideles, clerici re
ligiosi laudant propter victoriam quam habuit contra hereticos. Cum quidam hereticus
garrulus contra eum nimis instaret, ille deum oravit ut aut eum converteret
aut lingua privaret. Statimque mutus effectus est quia veritate fidei confiteri
noluit. 9us folium est Moysi dilectio quam ob caritatem quam gerebat
ad populum dei, confidenter dicit domino. Aut dele me de libro tuo in quo me
scripsisti aut parce huic populo. Unde veniam obtinuit. Sic beatus Petrus martyr quo
tidie orabat ut deus non permitteret ipsum mori nisi pro fide Christi. Unde dicitur
in legenda canonizationis eius. Fervens quoque amator fidei, sic animo suo
illam impresserat quod quasi ipsius verba et opera veritate fidei redolebant. Et
sic Moyses stetit coram pharaone pro liberatione populi sui s. dei. Sic
beatus Petrus martyr se opponit hereticis pro libertate ecclesie catholice. Nam
heretici libertatem ecclesie nitebantur auferre et ipsam in servitutem redigere.
10us folium est Aaron predicatio. Nam Moyses cum esset impeditioris
lingue petivit a domino auxilium eloquentis viri qui sibi esset presidio ad
conveniendum pharaonem. Cum datus est Aaron ut habetur Exo. 4. Sic pastor

suum contra vexillum fidei catholice tenderet beatus petrus martir quem fecerat inqui-
sitorem quidem ad inquirendum et ad debellandum hereticos in partibus ytalie. Et sicut
beatus laurencius obediunt sixto pape. cum dominum christi confessus sacrificat. sic
beatus petrus martir ex obediencia romane ecclesie fidei catholice dum vexillum [illegible]
assumpsit. pro quibus non dubitavit mori. unde in legenda canonizationis
eius dicitur. pro defensione namque fidei et obediencia romane ecclesie vir ille
verus athleta mortem tulit. Et quanto sanguis petri martiris fuit dignior
et preciosior sanguine animalium ymmolatorum per aaron summum sacerdotem
tanto hostia quam obtulit fuit deo acceptior quia seipsum obtulit. et
hoc fuit ac si christus iterum seipsum obtulisset propter unionem eius per caritatem cum beato
petro. 11 folium hic rose est phinees defensio. de quo dicitur i. mach. 2o
phinees zelatus zelum dei accepit testamentum sacerdocii eterni. quia ut dicitur num. 25.
Cum vidisset phinees quendam virum ysraelitem intrare ad scortum madianitem
accepto pugione perfodit ambos simul. virum scilicet et mulierem. Sic beatus petrus
martir zelans fidem catholicam et persequens hereticos dicebat eis quod de tota
sacra scriptura testimonia sua perficeret et ipse pro se et contra eos tamen unum vellet
scilicet paulum assereret quod dicit. Assumite gladium spiritus quod est verbum dei. hoc gladio
verbo dei perfodit hereticos et heresim eorum. 12 folium est Josue expugnatio
de quo eccl. 46. fortis in bello yhesus nave expugnare hostes ut consequeretur
hereditatem ysrael etc. Sic beatus petrus. cum quidam heresiarcha coram populo multa
exaltaret velut dux et assertor, et maximus estus [illegible] afficeret, premisso
signo crucis et oratione ad deum fusa, mox nubes descendit que refrigerium toti
populo prestitit 13 folium hic rose est gedeonis liberatio, cum enim esset dictum [illegible]
quod in hac fortitudine tua liberabis ysrael de manu madian. Cumque hesitaret
quia pauperrimus [illegible] audivit dominus tecum virorum fortissime ut patet
iudic. 6. Sic beatus petrus tamquam vir celestis a deo missus ad invadendos here-
ticos magna fortitudine et gratia a deo impetravit. Cui pater dedit constanciam
ad resistendum. filius sapientiam ad convincendum. spiritus sanctus graciam ad convertendum ut patet
de heretico qui coram tabula in qua erat ymago beati petri depicta cepit
[illegible] fratribus insultare, et mutus effectus abiurans heresim et confitens
peccata sua corporaliter liberatus est. 14 folium est Sampsonis mortificatio qui
plures occidit moriens quam vivens. unde dicitur moriatur sampson cum philisteis
ut patet iudic. 16. Sic beatus petrus velut granum mortificatum multum fructum
attulit dum per passionem suam multos hereticos ad fidem christi convertit. sicut
in publica predicatione predixit. ergo de talis eius facta mortuus quam vivus. quia
verbum in dies crescit. sic cantat ecclesia. Dum sampsonis vulpes querit i. here-

ticos quos velut alter sampson perquirit et persequitur, ab iniquis crucitur. caput
sacrum livore [illegible] sanguis fundit. sic triumphi palmam gerit dum pro
fide moritur. 15 folium hic rose est samuelis illuminatio. nam ut dicitur i. reg. 3o.
factum est ut heli iaceret in loco suo et oculi eius caligaverunt nec posset videre lucernam
dei antequam extingueretur. Samuel autem dormiebat in templo domini ubi erat archa dei. Sic
beatus petrus martir velut alter samuel fidelis propheta domini dormiebat sepultus in templo et
ecclesia catholice fratrum predicatorum de milano quod erat lucerna ardens et lucens per fidei mani-
festationem quam heretici videre non poterant donec ipsam extinxerunt per mortem. Sed non
erat extincta quia vehementer ardebat in conspectu domini. consequens est quod lampades frequenter
divinitus sunt accense ad sepulcrum eius nullo suffragante humano auxilio. propterea
in legenda canonizationis eius dicitur. Ad sancti petri tumulum frequenter lux descendit et cum
laudibus celitus lampades accendit. Namque post mortem ipsius lampades ad sepulcrum
eius vero dependentes, plures per seipsas absque omni humano studio et ministerio
divinitus sunt accense. Conveniens enim erat ut qui igne ac lumine fidei cla-
ruerat et valde excellenter singulare de ipso [illegible] et huius miraculum demon-
straretur 16 folium est Nathan correptio. de quo 2 reg. 12. Et cum ar-
gueret david de peccato suo et ille cognoscens peccatum suum dixit. peccavi domino. dixit
nathan. dominus quoque transtulit peccatum tuum. non morieris. Sic cum quidam hereticus
sententie et miracula sancti petri martiris et fidei sancte romane ecclesie depravaret super
quendam sub iuramenti morsello. quod cum non posset sed contra hoc deglutire [illegible]
sensit mox ipsum suo gutturi sic inherere ut illum educere aut educere non va-
leret. Cum sanctus petrus visibiliter apparens, eumque vehementer arguens de hoc quod fidem
christi et sanctum martirem ecclesie catholice sic vilipenderet et oppugnaret, illico
penitens et sentiens vicinum mortis eventum, facto voto quod ab his resipisceret
fuit protinus illo nocivo liberatus 17 folium est david liberatio. nam ut dicitur i. reg. 16.
invasit spiritus dei malus saul. david autem psallebat manu. quotiens david psalterio
pulsabat. saul non vexabatur. Cum enim esset iuvenis david. [illegible]
liberabatur a spiritu malo. Sic beatus petrus martir, quendam nobilem sed hereticum et
inimicum fidei catholice filium, pessimo et horribili tumore gutture
nec loqui nec spirare valentem, levatis ad dominum manibus et oculis sic eo facto
signo suppositum cappe velut psalterio loco infirmo perfectissime sanavit.
[illegible] qua deinceps spiritus perfidie illum neque exagitaret. Etiam
dum gaufredus de [illegible] de panno tunice sancti petri martiris. ut guariret
hereticum quendam primum ipsum peccati quod pertinacius extraxit. quod videns
hereticus ad fidem christi conversus est. 18 folium est Salomonis gubernatio. de quo
eccl. 47. Surrexit filius sensatus et propter illum deiecit omnem potentiam inimicorum
Salomon imperavit in diebus pacis cui subiecit deus omnes hostes. eruditus es in
iuventute tua et impletus es quasi flumen sapientia. Sic beatus petrus martir velut
fidei pugil egregius hereticorum dogmatum pestiferam doctrina sua plurimos

eradicarunt. p9 morte aut sua eius meritis et coruscantibus miraculis fuit adeo
extirpata ut q3 plurima cīvitas fun̄ relinqueret et ad gremium ecce quo
bauerunt. ut ut cunctis mediolanensis et gitatis eorum. Ubi tot heretici quieti et la
residebat. ita fuit purgata ut aliis expulsis. aliis ad fidem xpi conversis. non
ibidem videat aliquem appe. plures et ex eis maxime et famosi pdicatorum
ordinem sunt ingressi q usq3 nunc cunctos hereticos et fautores fervore mirabili
psecuti sunt. 19us folium de helie suscitatio de quo ecce. 48. Suscitavit helias propheta
q. ipse et xbu eius qui fecerat ardebat. q sustulit mortuum ab inferis de
sorte mortis in xbo dei dei. h et ut dicitur 3. Reg. 18. Cum aer esset clarus nec
ulla nubes in eo appareret. oravit ad deum et statim nubes ascendit de mari.
Sic btus petrus. fuit velut ipse. de quo dicit fermo in lra canonizationis eius. Hic
clarus fidei lapis lucet. cum ardentes lucerne morum supplerentur in cordibus
eorum extinguntur. qui plane et legibus petunt in ipsis bti petri passione. qui
p9 gladium et zerolam eius mirum sic fuerunt multi et eminentia mira
culorum fides repletentur quia q3 plura heretica corda credentes ipsius fidei.
tot et tantorum ostensione signorum agita veritate ad illius lumine de fumis errorum
tenebris properare redierunt h. ibi. Fuit etiam miracula h. de ipso fert quod cum mulier
quedam in flandria peperisset tres filios mortuos. et in quartum filium et mortuum peperisset
devotissime se bto petro devovit qui suis meritis amortuus suscitavit. Consile
accidit senonis in provincia francie cum puella quedam in flumine rapta submersa esset
et mortua meritis bti petri martiris est pristine vite restituta. quod signum viderunt
os ppli q erat in ecclia fratrum pdicatorum. Ubi parentes eius emisso voto suscitatam re
ceperunt gaudentes. 20us folium de helisei subvectio. de quo ecce. 48. helyseus in
diebus suis non pertimuit principe et ipso nemo vicit illum in vita sua fecit monstra
non superavit illum xbum aliquod. duo ei fecit propter helyseus in vita sua. primo
Cum ipse descenderet de bethel. pueri parvi egressi de civitate illudebat ei quos ipse ma
ledixit. et duo urse laceraverunt eos ut h. 4 Reg. 1. 2o sanat naaman syrum
a lepra ut h. ibidem. 5. c. Sic b. p. mar. dum pdicaret Cesene in ytalia
in platea convenerunt quidam nobiles iuvenes, quorum domus erat contigua palatio
domus cum essent heretici. faciebat lapillos contra sanctum pdicatorem. quorum malignitatem
sepius increpans, nil pfecit. tandem publice illi domui maledixit qui statim corruit
et q2. viros qui intus erat pene interemit. deinceps numq3 domus illa reparari potuit
q plures attemptatum fuisset et usq3 in presentem diem. 2o. Cum quidam desperatus nomine
roba omnia in ludo pdidisset et demones diversis vexatus ab eis insanabilis et
usq3 ad mortem, tandem meritis b. p. martiris pfecte curatus primum cepit salutare
postea multi adversis langoribus et infirmitatibus curati sunt. bibentes aquam intinctam
reliquiis b. petri. martiris. Etiam fr. fo. polonus ordinis nri cum apud bononiam la
boraret quartana, tandem in festo sancti petri. quo erat sermocinatus ad clerum, devotis
sime se devovens pfectissime est sanatus. 21us folium de ezechie sanatio. nam
ut dicitur ecce. 48. Fecit ezechias quod placuit deo et fortiter ivit in via dd patris sui.
In diebus ipsius retro rediit sol et addidit regi vitam. Sic b. petrus mar, primo

cum quedam naute caligine noctis maris periculis pene naufragarent ad invocationem
eius et athena q luminaribus accensis apparuit, omniq3 obscuritate fugata. nox illa tam
caliginosa in die clarissimum mutatur, mare quievit, venti cessant a tempestate, sani
et incolumes naute ipso die terram pervenerunt. 2o. Cum quedam magistri grammatice in
provincia theutonie detrahens sancto de quodam sanguine q miraculose apparuerat in
digitis quarundam mulierum, filiatum in ipso festo b. petri martiris gravibus febribus correptus est.
cumque morti desperatus medicorum, totum se deo et bto petro devovens mox sanatus est.
22us folium de Josie apliatio de quo dicitur ecce. 49. Memoria Josie in compositione odoris
que est directus in pnia gentis, et tulit abhominationes impietatis et gubernavit ad dominum
cor ipsius re. Sic b. petrus ut ampliaret fidem yhu xpi abstulit abhominationes
demonum vexatum et eductum plures ad portus ut patet de eupheria dyocesis medio
lanensis q 7. annis a demonibus vexata maxime diebus dominicis et festivis cum missa
celebraretur, meritis sancti pfectissime est sanata. Etiam Nerbona 7. annis a demo
nibus agitata, et heretico quedam q corradus de lacturano vocabatur, maxime quibusdam ni
gromanticis non valere ea tenere, meritis sancti. liberata est. et nigromanticus ab
iurata omni heresi et incantationibus demonum ad fidem est conversus. 23us folium de Jeremie
prophetatio de quo ecce. 49. Male tractaverunt illum qui a ventre matris consecratus est propheta.
Sic b. petrus consecratus adeo propheta, spiritu sancto plenus quatuor pdixit. primo namq3 tusiis
in fine gerarch tidentino mox quidam castrum hereticorum nomine gathe per annum ante suam
passionem dixit ille sanctus. Istud castrum destruetur per fide, et nazarius et desiderius duo epi
hereticorum q ibi sepulti sunt comburentur. quod in eodem monasterio fratrum conversorum heretico.
2o. dum dominica palmarum b. pe. pdicaret mediolani ubi erat utriusq3 ppli maxima multitudo
virorum et mulierum. dixit alta voce. Scio pro certo quod heretici tractant mortem meam et pro
morte mea pecunia iam deposita est. sed faciunt quod volunt, quia deterius facient eis mortuus
quam vivus. q. etiam mensem ab eis occisus est. 3o dum quedam matrona nomine gerolda. quatuor
annis a spiritibus immundis fuisset obsessa et nullius auxilio liberari posset. tandem veniens
ad sanctum petrum martirem postulavit eius suffragium. cui sanctus respondit. Confide filia quia et
si nunc quod postulas impetrare non vales, non multo post ante plenarie obtinebis.
quod sanctus est, nam post passionem eius pdicta mulier accedens ad sepulcrum eius pfecte fuit li
berata. 4o dum ipse de cunis multum pergeret et tres pariter quartana et sanctum dicerent
ei quod non possent ultra ambulare, sanctus respondit. Ap sanctum simplicianum nos
hospitare. quod et factum est. Nam cum sacrum corpus eius deferretur propter nimiam ppli frequentiam
non potuerunt ultra deducere sed apud sanctum simplicianum deposuerunt et ibidem illa
nocte remansit. 24us folium hys rose de ezechiel revelatio. de quo ecce. 49.
Ezechiel qui vidit conspectum glorie quam ondidit illi in curru cherubin. Sic bto
petro mar. revelatum est quasi gloriosum locum et agmina btorum spiritum xps sibi pa
raverat. ymo sepe in spiritu raptus vidit plura secreta dei quod pdicaturus erat
fidelibus xpianis. Cuius gloriam dei revelatur meritis plures. precipue ad quandam
devotissime monialem in monasterio de ripolis apud florentiam eo die quo martirizatus fuit. 25us folium de zorobabel restauratio de quo ecce. 49. quo

amplificauit zarababel, nam ipse qui figuratur in dextra ysrael. hic restaurauit urbem sanctam
ierusalem ut dicitur .1. esdre 3°. Sic b. p. m. restaurauit quietem atrabatensem ordinis nostri.
Nam conuentores quidam in ciuitate atrabatensi habent inter quietem nostram maximam struem lignorum
venalium in quibus ignis erat succensus et ventus impellit flammas in quietem nec posset
abscondendo ullo modo liberari, apportatis reliquiis b. p. martiris cum maxima deuotione. flamma
in cedis in aliud latus deflexit et quietem illesam omnino permansit, excepta quadam camera que
erat in summitate ecclesie quam ignis succendebat cum apportatores deferrent reliquias [26]
folium est esdre reedificatio, de quo ecclesiastici 49. In diebus suis edificauerunt domum et exal
tauerunt templum sanctum domino parauit ecclesia sempiterna. Sic b. pe. m. edificauit plu
res quietes ordinis nostri in diuersis partibus xpianitatis. puta parme, cesene. et in traiecto
ciuitate theutonie, cum quidam fratres deducerent lapides pro edificatione ecclesie naui
gio et nauis adhesisset unde littori adeo ut nullo modo moueri posset inde. suppor
apposita nauim ad nauem et leuiter ipsam impelles aut. In nomine sancti petri martiris
in cuius honore lapides istos deferimus vade. Statimque nauis velocissime se mo
uit et de littore integra recessit [27] folium est neemie deuotio, de quo 2. esdre 8.
dixit autem neemias uniuerso populo. dies sanctificatus est domino deo nostro nolite lugere et fle
nolite contristari, gaudium enim est fortitudo vestra. quod confirmabat per factum sua, et adorabat
dominum deum suum, et deus de celo exaudiuit eos in misericordiis multis. Sic b. p. m.
sua passione consecrauit diem suum deo. in quo magnum gaudium attulit plebi dei.
Cum enim summus pontifex anno 49. beatum petrum sanctorum martirum katalogo ascripsisset
fratres apud mediolanum ad capitulum generale, volentes autem eius corpus ad altiorem locum transferre
cum plusquam per annum sub terra iacuisset, integrum, sanum et incorruptum repertum est, ac si
eadem die fuisset sepultum. fratres quoque super magnum pulpitum in platea corpus eius
cum magna reuerentia deduxerunt, et ibidem est populo ostensum et ab eo honorifice
adoratum et honoratum. Sicut enim quidam commisisse de morte nefario ad beatum
petrum martirem specialem deuotionem habent, et eius vigiliam ieiunaret et confessent
vespere vigilie eius et factum quoddam accessum ad altare eius posuerat, quam
cum extraxisset sacerdos, diuisit est tum et toto accessu [28] folium est simeonis
homines filii in petrario de quo eccl. 50. Qui orauerunt gentem suam et libe
rauerunt eam a perditione, et fecerunt orationes suas voles omnia virtute dei. Sic
b. pe. m. apud deum pro nobis aduocare non desinit. de quo potest exponi id 2. mach. 15.
hic est fratrum amator et populi ysrael. hic est qui multum orat pro populo et vniuersa sancta ciuitate
et acceptus est valde. patet ex miraculis eius multis. quibus prestat beneficia sanitatis. nam a
morbo caduco liberauit quandam mulierem religiosam in francia. Alios a podagra
alios a febre quartana, alios a continuis febribus, Alios a tumore gutture. Alios
a fractura crurium etc. [29] folium est fidei machabei reductio. de quo 1. mach. 2.
Similis factus est leoni in operibus suis. et persecutus est iniquos persecutores eos et qui contur
babat populum suum succendit eos flammis. et repulsi sunt inimici pre timore eius et
nominatus est usque ad nouissimum terre et congregauit pereuntes. Sic b. pe. m. tamquam
leo, qui predicator feruidus, fidei zelator, alte et ingens rugiebat, intrepidus
hereticorum dampnator, viciorum ... extirpator, virtutum laudabilis doctor et
amator. Nam hereticus quidam nomine opizo. deridens sanctitatem b. petri martiris
accedens ad altare ipsius, accepit duos denarios et sortes ait. hoc est

ut bibamus istos. Statimque immobilis factus, per alium vsum manuum 20 inuitos se de
uouit abiuraturum omnem suam heresim, restituitque sanitati cognoscens virtutem sancti
petri martiris heresim abiurauit et ad fidem catholicam se reduxit. [30] folium hyrosi
est eleazari passio de quo ait ut dicitur 2. mach. 6. Adolescentibus forte exemplum relinquam
si prompto animo ac forti, pro grauissimis et sanctissimis legibus honesta morte perfungar.
Et iste quidem hoc modo decessit, non solum iuuenibus, sed et vniuerse genti memoriam mortis
sue ad exemplum virtutis et fortitudinis derelinquens. Sic b. pe. m. pro fide Christi mori opta
bat. vnde dicitur in prosa in legenda canonizationis sue sic ait. In ordine fratrum predicatorum 30. fere annos
sparso fulsit certus virtute, fide preambula, spe astrictus, comite caritate, sic pre
ualuit et profecit etiam ipsius defensione fidei. pro qua totus ardebat. quod contra illos dirus
hostis mente intrepida, feruentique spiritu continuum certamen exercens sui tandem agonem
diutinum victor superato martirio feliciter consumauit. et sic petrus firmus in petra fidei
petra demum passionis allisus ad petram Christum digne laureatus ascendit. Cum
de ciuitate cumana vbi fratrum sui ordinis prior erat, mediolanum pergeret, pro exequenda in
quisitione contra hereticos, sibi ab apostolica sede commissa, sicut in publica predicatione pre
dixerat, quidam de ipsorum hereticorum credentibus, pecunia illorum ductus et pretio eius salu
taris propositi perceptum, funestus in silvis agnum vt lupus. ferus in mitem
in pium impius, furibundus in mansuetum, in modestum effrenus, prophanus in sanctum
prosiliuit insultum exercet conatus mortis intemptans. Sacrum autem illius caput crudeli
impetens diris in ipsum impressis vulneribus et sacrato sanguine iusti cruse ve
nerum illum non deuitare ab hoste, sed exhibere se potius hostiam, et cesorus fu
nerere in patria truces ictus dimisit spiritum petere sanctam in ipso loco passionis
occisum. ipsoque eorum sacrilego percussionis in Christi ministrum geminans violentie, ille
non querula voce murmurans, sed sufferens omnia patienter suum deo spiritum commendabat
dicens, In manus tuas etc. Symbolum etiam cepit dicere fidei. Sed cum adhuc m. dominus petrus
pateret cultellum crudelis lictor arripuit, et per latus eius transfixit, hec ibi. Quidam
autem in vicinis laborabat abscindentes ramusculos arborum. Sicut herba sec
cantes videbat sanguinem ex illis fluere, et mirantes quid nam hoc esset, peruenerunt
ad locum passionis. propter quod factus est maximus concursus populorum venerantium Christi
martirem qui est velut rosarum flos in diebus vernis. Etc. patet quo .30. folie ha
la rosa. i. b. pe. m. que summo honore hodie veneratur ecclesia etc.
2. trenta foglie ha la rosa. In Christi imitatione. nam b. pe. m. imitatus est Christum
pro cuius fide sitiebat auidissime calicem passionis in 30. perfectionibus [1] primo in generatione.
Sic enim Christus sine labe peccati natus est de peccatoribus ut peccata tolleret. Sic b. petrus
natus est de hereticis sine contagio heresis ut heresim expugnaret. vnde dicitur in prosa.
puer in fide claruit, crescens pertransiens nebula [2°] in sanctificatione. Sic enim Christus
sanctificatus est spiritu sancto superueniente. Sic b. pe. m. sanctificatus est et igne confirmatus
ne deinceps mortaliter peccaret [3°] in regeneratione. Sic enim Christus baptizari voluit

sz non habet maculam peccati originalis. Sic b. pe. mr baptizatus est sz erat puer immu-
nis ab originali. 4º in disputatione. Sic xps duodennis in medio doctorum disputavit. Sic b. petrus
septennis cum patruo de fide disputavit quem convertit sic xps doctores. 5º in instructione. Sic
et xps se subiecit disciplinae parentum usque ad etatem legitimam. Sic b. pe. mr. subiecit
parentibus suis intendens toto studio fidei catholicae. 6º in vite institutione. Sic et xps
instituit novam legem qua peccatores salvos fecit. Sic b. pe. mr elegit sibi novam
religionem in qua hereticos ad fidem xpi converteret. 7º in predicatione. Sic et xps venit in
hunc mundum ut sua predicatione secreta patris sui diceret. Sic b. p. intravit ordinem predicatorum
ut secreta fidei predicando aperiret. 8º in corporis maceratione. Sic et xps xl. diebus
et noctibus in deserto ieiunavit. Sic b. p. in mortificationibus carnem excruciabat assidue in ieiuniis
vigiliis abstinentiis et disciplinis ut sic a pravis vitiis tutus esset. 9º in integri-
tatis conservatione. Sic et xps virginitatem propter dilexit et exaltavit. Sic b. p. virginitatem
mentis et corporis illibatam servavit. 10 in peccatorum susceptione. Sic et xps multos pec-
catores suscepit ad ipsum conversos. sz benignitate ipsos ad gratiam suscepit. Sic b. petrus
hereticos ad fidem xpi conversos propter indulsit. 11º in obstinatorum damnatione. Sic et xps
obstinatos phariseos acriter damnavit. Sic b. pe. heresiarchas obstinatos auda-
cissime confudit et superavit. 12º in languentium sanatione. Sic et xps liberaliter
languentes ad eum venientes sanavit. Sic b. pe. dum viveret plures languidos sa-
nitate impertivit. 13º in officii administratione. Sic et xps humiliter pedes discipulorum
lavit cum esset magister et dominus eorum. Sic b. pe. cum esset prior conventus humiliter
fratribus suis ministravit. 14º in temporalium abdicatione. Sic et xps cum esset dives
egenus propter nos fieri voluit. Sic b. pe. cum esset ex nobilibus et divitibus parentibus
propter xpm omnia contempsit et paupertatem assumpsit. 15º in passionis prefiguratione. Sic
et xps prius prefiguratus fuit in abel quem occidit cayn ex invidia ira et avaritia.
Sic b. p. ex invidia ira et avaritia hereticorum occisus fuit. Timebant grossum
predicatorem, formidabant validum expugnatorem, concupiscebant avaritia et invidia conduti
ad ipsum occidendum. 16º in voluntaria passione. Sic et xps oblatus est quia ipse voluit.
Sic b. p. passionem suam presensit, nec tamen vitavit, ymo hanc sepe a deo postulavit.
17º in capitis vulneratione. Sic et xps fuit in capite vulneratus. Sic b. p. mr
cruentatus fuit in capite. 18º in cordis infixione. Sic et xps passus est in corde quia
lancea ipsum transfixerat. Sic b. p. in latere cordis fuit transfossus. 19º in sanguinis
effusione. Sic et xps venas apperuit et totus sanguis effluxit. Sic b. pe. mr
in vulnerum multiplicatione totum sanguinem effudit. 20. in oratione. Sic et xps suis
crucifixoribus indulsit. Sic b. p. non maledixit, non murmuravit. sz pro suis cru-
cifixoribus exoravit. 21º in commendatione. Sic et xps suum spiritum patri commendavit
d. in manus tuas etc. Sic b. p. suum spiritum commendavit etc. 22 in confessione. Sic
et xps omnia legalia consummata esse protestatus est d. Consummatum est. Sic b. p. martir
veritatem fidei protestatus est d. Credo in deum etc. 23. in distributione. Sic cum
xps in cruce testamentum fecit, in quo omnia distribuit liberaliter. Sic b. p. liberaliter quod
parum habuit totaliter distribuit s. animam deo commendans. et corpus pro fide xpi morti
exponens. mundum autem iam contempsit cum concupiscentiis suis. 24. in devotione.
Sanguis xpi clamat peccatorum devotionem d. Tetigerunt postes tuos in sanguine. San-
guis b. pet. mris clamat suam imitationem. 25º in conversione. Sanguis

xpi clamat peccatorum conversionem d. Que utilitas in sanguine meo etc. et tunc plures
in passione xpi conversi sunt. s. longinus centurio et alii qui percutientes pectora sua
revertebantur yhrlm. luc. 23. Sanguis b. pet. mris clamat ad hereticos petens
eorum conversionem. 26. in compassione. Sanguis xpi clamat ad totum mundum petens
compassionem. tre. 1. O vos qui transitis per viam etc. Sanguis b. pet. clamat ad
totum mundum petens suam venerationem. 27. in manifestatione. Sanguis xpi clamat
ad terram petens suam manifestationem. Sanguis b. pet. clamat petens suam
revelationem. ysaie. 26. Revelabit terra sanguinem suum. 28. in remissione.
Sanguis xpi clamat ad patrem petens peccatorum remissionem. Sanguis b. petri
clamat ad deum petens suam remunerationem. 29. in miraculosa operatione. San-
guis xpi fecit terram tremere, lapides frangere, monumenta mortuos reddere. San-
guis b. p. fecit et convertit hereticos obstinatos et duros in heresi congregavit ad
fidem catholicam deduxit. contra [?] eorum apperuit sua peccata confitens. 30. in
conglorificatione. Sanguis xpi apperuit nobis ianuam regni celestis. ad hebr. 10.
habentes fiduciam in introitu sanctorum per sanguinem ipsius. Sanguis b. p. multis dampnatis
impetravit glorificationem et beatitudinem celestem. quos suscitavit a morte ad
vitam quia condignam egerunt penitentiam. ut hec dici possit de eo Job. 34. Vestigia eius
secutus est pes meus. et apoc. 1. Vidi similem filio hominis. Ecco quo 30.
foglie ha la rosa. i. b. pet. mr in xpi imitatione.
3. trenta foglie ha la rosa in sua remuneratione. Nam b. pe. mr hodie
coronatus serto rosarum inter choros sanctorum spirituum gloriosus residet. Ideo cantat
ecclesia. Adest triumphus nobilis festumque celi curie quo rosa delectabilis
offertur regi glorie. Hec rosa habet 30. folia. i. 30. beatitudines in gloria. Primum
folium est quia habet gloriam virginum. nam fuit virginali munditia preditus. apoc. 3.
Qui vicerit sic vestietur vestibus albis. 2m folium quia habet gloriam confessorum.
Nam fidem xpi constanter confessus est non solum in primordio sue etatis. et in medio pre-
dicando. sz et in ultimo scribendo suo sanguine in terra. Credo in deum etc. Et illa
terra fuit mirabilis virtutis in sanatione languidorum ut patet de illa matre que pa-
tiebatur corrosionem carnis etc. 3m folium quia habet gloriam martirum. nam fuit
proprio sanguine rubricatus. apoc. 7. Laverunt stolas suas in sanguine agni. 4m
folium quia habet gloriam apostolorum. nam fuit celesti sapientia decoratus sicut apli. daniel.
12. Qui docti fuerint fulgebunt sicut sol. 5m folium quia habet gloriam prophetarum.
Nam spiritu prophetie fuit plenus. Ubi predixit quod ab hereticis occideretur. et quod
in letaniis nominaretur. et quod festum suum in kalendario scriberetur. que omnia postea sunt
revelata [?]. 6m folium quia habet gloriam patriarcharum. Nam passio eius prefigurata
est in patriarchis. sicut et passio xpi. Osee. 12. In manibus prophetarum assimilatus sum.
7m folium quia habet gloriam angelorum. Nam secreta dei annuntiavit predicando.
ministravit, fratres sibi subditos bene regendo. custodivit populum catholicum contra
hereticos fugando. 8m folium quia habet gloriam archangelorum. Nam secreta consilia
dei novit, precipue misterium trinitatis. et sacramentum incarnationis filii dei. et

i pucritia sua ut patet. ¶ 9m folium est. qz habuit gloriam virginum. nam in vita sua virgi-
nitatem servavit. tam sancte Xpo. tam corde devoto. tam vita perfecta et immaculata. ¶ 10m folium
est. qz habuit gloriam prophetarum. Nam cucurrerunt demones ne sibi nocerent quamvis vellent.
ymo expulit demones a multis corporibus obsessis. ¶ XIm folium est. qz habuit gloriam prin-
cipatuum. Nam reges et principes in timore dei gubernavit. hostes hereticos compescuit.
peccatores ad viam pene reduxit. et tribulatoribus ecclesiam catholicam protexit. ideo eciam quasi
super gentes et super populos principatum habuit. excelsum et sublimem collum celorum. profundum
abissi penetravit. et fluctibus maris ambulavit. ¶ 12m folium. qz habuit gloriam
dominationum. Nam purgavit hereses. illuminavit fideles et infideles ignorantes.
perfecit debiles peccatores in bono deficientes. ¶ 13m folium est. qz habuit gloriam tronorum.
Nam in eo deus sedit ipsum in gracia confirmans. ps. ego confirmavi columpnas
eius. per eum deus sua iudicia exercuit contra depravatores fidei. phi. 3o. Multi am-
bulant quos sepe dixi vobis. inimicos crucis Xpi. ¶ 14m folium. qz habuit gloriam cherubin.
Nam habuit plenitudinem sciencie non solum aliis et dyabolo que inflat et decepit. sed
divine que hedificat et corripit. ¶ 15m folium est. qz habuit gloriam seraphin. Nam
arsit caritatis magnitudine. eo quod omnium salutem cupiebat. pro salute aliorum mori desi-
derabat. ¶ 16m folium est. qz habuit gloriam pauperum spiritu. Nam contempsit divi-
cias et honores mundi propter humilitatem. et ideo debetur sibi iure hereditario regnum
celorum. ¶ 17m folium. qz habuit gloriam mansuetorum. Nam sic voluntate divina
fuit totaliter tranquillus. ideo pacifice possidet terram regni celorum. ¶ 18m folium.
qz habuit gloriam lugencium. et ideo cum gaudio consolatur in regno. ¶ 19m folium. qz
habuit gloriam esurientium iusticiam. Nam non recusavit exhibere proximis debitum
aut superioribus beneficium. quod pertinet ad iusticiam. Unde ferventi desiderio iusticie
opera implevit. sic esuriens et sitiens ferventer sicut cibum et potum. et ideo saciatur
habundancia consolationis in regno celorum. ¶ 20m folium. qz habuit gloriam misericordium.
ideo plus accepit quam meruit vel desiderare potuit in regno celorum. ¶ 21m folium.
qz habuit gloriam pacificorum. Nam ad catholicos ipse habuit pacem. infidelibus
autem optabat eternam pacem. et ideo summa dignitate obtinet qz filius dei vocatur in
regno celorum. ¶ 22m folium. qz habuit gloriam mundorum corde. Nam se disposuit
ad vitam contemplativam per virtutes et dona spiritus sancti. consummavit mundicia cordis in corpore
et ideo cum gaudio videt deum in regno celorum. ¶ 23m folium. qz habuit gloriam deum
ex caritate amancium. Nam primo mentem suam disposuit ad sinum dei per amorem.
et caritatem. ro. 5o. Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus
est nobis. ideo per caritatem fruitur deo in regno celorum. ¶ 24m folium. qz habuit
gloriam gaudencium. Nam ipse deum amans. gaudebat ex continuatione amantis.
qz caritas habet deum presentem quem amat. i. Jo. 4. qui manet in caritate in
deo manet. et deus in eo. Et ideo gaudet sine termino in regno celorum. ¶ 25m folium.
qz habuit gloriam pacientum. mt. 5. beati estis cum maledixerint vobis homines
et dixerint etc. gaudete et exultate etc. ¶ 26m folium. qz habuit gloriam mo-
destorum. Nam in omnibus dictis et factis suis ipse observavit modum. ideo habet eternam

sine cumulatione in regno celorum. ubi impletur illud prov. 8. diligentes me diligo. sic tempus
¶ 27m folium est. qz habuit gloriam deum timencium. Nam ab infancia sua deum timuit.
ideo cum magna securitate possidet regnum celorum. quo ad quartum ¶ primo in gloria videt divinam
voluntatem in qua fuit eternaliter predestinatus ad eternam felicitatem. ¶ 2o. est confirmatus
in gloria atque non potest descendere per malam voluntatem. ¶ 3o legitur in libro sue glorie perpe-
tuitate. ¶ 4o unitur deo magis per inseparabilem caritatem. ¶ 28m folium. qz habuit
gloriam sapientum. Nam de deo novit quantum sciri potest in hac vita. nunc hanc sapienciam
sine errore contemplatur. ideo videt in verbo tamquam in speculo omnia preterita. presencia et futura.
apoc. 22. Ambulabunt gentes per lumine eius et videbunt faciem eius. ¶ 29m folium est.
qz habuit gloriam fortium. Nam virga illa servivit in deo cui servire regnare est.
ideo habet tantam fortitudinem mirabilem quod sicut de celis ad terras venit. et de terris
ad celos ascendat. hominibus apparens et ab eis descendens sicut et angeli faciunt. propter
quod. mutabunt fortitudinem scilicet humanam in angelicam. assument pennas ut aquile
volabunt et non deficient. ¶ 30m folium est. qz habuit gloriam martirum. Nam in hac
vita iniuste martirizatus est ad mortem. ideo in iudicio novissimo iudicabit cum Xpo
malos et peccatores per summam approbationem. Unde in die passionis sue visa fuit
humana celum ascendere in qua ipse visus est celum ascendere et mox beata virgo
sedis qua summe dilexit et in maxima reverencia habuit deum veneratur. et ideo ipsam in
gloria secum in [illegible] recepit cum letissime. propter. cant. 3o. etc. ¶ Egredimini
filie syon etc. Et sic patet quomodo 30. foglie ha la rosa. i. beatus petrus martir
30. beatitudines habet in gloria. Ad quam etc.

In festo ascensionis domini.

Videntibus illis elevatus est. apoc. 1. et de epistola hodierne solempnitatis. Jo. 20.
dixit yhesus. Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum. deum meum et deum vestrum.
Super quo nonnulli doctores querunt ¶ utrum ascensio Xpi in celum. que competere decet
regnatis. nam humana attexit. fuit nobis utilior quam sua presencia corporalis.
qua ambos subtraxit. Apparet aliquid quod non. et propter ipsum. et propter nos. ¶ primo
propter ipsum qz ad hoc venerat. ut se Xpum dei filium declararet. Jo. 17. pater
manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Quod hoc fuisset magis manifesta-
se propter fuisset conversatus cum hominibus. tum verbis. tum exemplis. tum miraculis etc. quod etc.
¶ 2o. propter nos. qz filius dei naturam humanam assumpsit ad nostram salutem. Sed
magis fuisset salutare omnibus. quod propter conversatus fuisset nobiscum in terris. Nam multi
iudei et pagani conversi fuissent ad fidem et multi peccatores apertius absti-
nuissent. desiderati videre yhesum. Unde ipse dicit luc. 17. venient dies quando desi-
derabitis videre unum diem filii hominis. et non videbitis. gentiles etiam dicebant.
Jo. 20. volumus yhesum videre. quod etc. Ad ipsam questionem [illegible]
[illegible] dd in ps. Notas mihi fecisti vias vite. adimplebis me leticia cum vultu
tuo. delectaciones in dextera tua usque in finem. Super quo dicit glo. delectatio et leticia

erit in consessu suo humanis obtutibus subtracto. 2us est secundum tho. 3. p. q. 57.
ar. 1o. Ubi dicit sic. Locus debet esse proporcionatus locato. Xpus autem per resurreccionem suam vitam
immortalem et incorruptibilem inchoavit. Locus autem in quo nos habitamus est locus
generacionis et corrupcionis. Sed locus celestis est locus incorrupcionis. et ideo non fuit conve-
niens quod Xpus post resurreccionem remaneret in terris. Sed conveniens fuit ut ascenderet in
celum. hec tho. Notandum quod Xpus ascendit quadrupliciter. Primo operante sua divinitate.
Nam Xpus ex virtute divinitatis in celum ascendit tamquam ex sua. non autem ex virtute
humane nature. Ideo Xpus ascendit in celum non solum quod homo. sed solum quod deus. Unde Aug.
in sermone de ascensione dicit. de nostro fuit quod Xpus pependit in cruce. de suo autem
quod ascendit. 2o. cooperante sue anime dignitate. Causa ascensionis Xpi in celum
fuit ex parte anime glorificate ex cuius redundancia glorificatur corpus. ut Aug. dicit
ad dyascorum. Erit enim tanta obediencia corporis glorificati ad voluntatem bonam ut sicut Aug.
dicit. 22. de ci. d. Ubi volet spiritus ibi erit protinus corpus. nec volet aliquid quod nec
spiritum posset decere nec corpus. decet enim corpus glorificatum et immortale esse in loco ce-
lesti. et ideo ex virtute anime volentis. corpus Xpi ascendit in celum. Sic autem corpus
efficitur gloriosum ex redundancia anime, ita ut Aug. dicit super Jo. propter fruicionem di-
vinitatis beatam. Unde prima origo ascensionis in celum est virtus divina. Sic ergo Xpus ascen-
dit in celum propria virtute primo quidem virtute divina 2o virtute anime glorificate moventis
corpus prout vult. 3. proveniente sua humilitate. Nam Xpus in sua passione humiliavit
se infra suam dignitatem quantum ad locum. quia corpus eius fuit positum in sepulchro. anima vero
in inferno. Ideo meruit ut sibi apostolus ad [illegible] ascenderet qui inferiores [illegible]
et hoc quantum ad ascensionem dicit. ephe. 4o. descendit primum in inferiores partes terre. qui
autem descendit ipse est, et qui ascendit super omnes celos. 4o. proveniente sua clari-
tate. Nam quanto aliqua corpora perfectius participant bonitatem divinam. tanto sunt
superiora corporali ordine qui est ordo localis. Unde videmus quod corpora que sunt magis for-
malia sunt naturaliter superiora ut patet per phm. 4. phi. et in 2. de ce. per
formam enim unumquodque corpus participat divinum esse ut patet 1o. phisicorum. plus
autem participat de bonitate divina corpus per gloriam quam quodcumque corpus naturale per formam
sue nature. Et inter cetera corpora glorificata manifestum est quod corpus Xpi maiori refulget
gloria. Unde convenientissimum est sibi. quod sit super omnia corpora. constitutum in altum. et
ideo super id. ephe. 4. Ascendens in altum. dicit glo. loco et dignitate. Et ideo Xpus ascen-
dit super omnes celos. ut adimpleret omnia que sunt omnia scripturis prophetarum dicta. Vide-
tibus illis elevatus est. Capitulum primo. Ipse elevatus est videntibus Angelis.

Angelis. | Apostolis. | Justis. | Peccatoribus. | Purgatis.

Nam sicut dicit. 20. 13. Que a deo sunt ordinata sunt. Est
autem hic ordo divinitus institutus ut ea que superiora sunt, hoc
per angelos revelentur. ut patet per dyo. 4o. c. celestis ierar.
Et ideo ascensio Xpi manifestata est angelis primo. quorum

testimonio deferretur in alios. in quibus angelis est duorum ascensionem fuerit
genus. primo revelatio. Nam secundum dyo. lex divine bonitatis est ut illuminaciones
suas influat angelis superioribus. superiores mediis. medii inferioribus.
inferiores nobis. Ista lex hoc est servata. Nam ipse Xpus suam ascensionem
superioribus angelis revelavit. quibus ipsis interrogantibus. quis est iste rex glorie
respondit. ego qui loquor iusticiam et propugnator sum ad salvandum. ysaie. 63.
superiores angeli mediis revelaverunt. ps. dies diei eructat ver-
bum. i. superior ierarchia revelat misterium ascensionis medie ierarchie.
cum dixit. Exultavit ut gigas ad currendam viam a summo celo egre-
ssio eius usque ad summum eius. medii revelaverunt inferioribus. quibus eos
interrogantibus. quis est iste rex glorie. responderunt. dominus fortis et potens in
prelio. dominus virtutum ipse est rex glorie. inferiores vero nobis revelaverunt
act. 1o. Ecce duo viri. i. duo angeli in forma virorum astiterunt in vestibus
albis et dixerunt discipulis. Viri galilei quid statis aspicientes in celum. 2o. admi-
racio. Mirabantur enim quod terra ascenderet super celos. cum olim dictum esset. pu.
25. Celum sursum et terra deorsum. Mirabantur quod homo ascendebat super an-
gelos. ps. Ascendit super cherubin et volavit. Mirabantur quod homo asce-
ndebat usque ad deum. Mirabantur quod homo crucifixus ascendebat cum tanta
potestate. 3o. deductio. Associabant enim et deducebant Xpum in celum tamquam re-
gem ad solium maiestatis. ysaie. 6o. Super solium excelsum. et super regnum eius
sedebit etc. apoc. 3o. Ego vici et sedeo cum patre meo in trono eius. hebr.
4. habentes pontificem magnum qui penetravit celos. Ipsum tamquam iudicem
ad sedem iudiciarie potestatis. mat. 25. Cum venerit filius hominis in maiestate sua
tunc sedebit in sede maiestatis sue. 4o. iubilatio. ps. Ascendit deus in iubila-
tione et dominus in voce tube. omnes angeli sub intermissione gratulantibus
vocibus psallebant dicentes. psallite deo nostro. psallite regi nostro. quoniam rex omnis
terre deus. etc.
2o. elevatus est ipsis videntibus apostolis. Nam Xpus ut confirmaret totum
opus humane redempcionis. antequam ascenderet venit ad discipulos. s. ad re-
nachis. V fecit quatuor. primo comedit cum eis. mar. 16. Recumbentibus
xi. discipulis. apparuit illis ipsis. 2o. eos increpavit. ut dicitur. Et expro-
bravit incredulitatem eorum et duritiam cordis. quia hiis qui viderant eum
[resur]rexisse. non crediderunt. 3o. precepit eis ne discederent ab [illegible]. act. 1o. Co-
nvescens precepit eis ab ierosolimis ne discederent sed expectarent pro-
missionem patris. 4o. precepit eis quod post spiritum sanctum missum predicarent
mar. 16. Et dixit eis. Euntes in mundum universum predicate etc. quibus
peractis cum honorabili comitiva celum [illegible] hominum cum in sublimitate

olivet. Ut et fecit quatuor. Primo reprehendit eorum incredulitatem. act. 1. Igitur qui convene-
rant interrogabant eum d. domine si in tempore hoc restitues regnum Israel etc. Secundo pro-
misit eis spiritum sanctum d. Accipietis virtutem spiritus sancti supervenientis in vos et eritis
mihi testes etc. Tertio benedixit eis elevatis manibus suis pace, per quam benedictionem fuerunt
confirmati discipuli in magno robore. Quarto apparuit nubes mire claritatis
sub pedibus Christi ascendentis. non quod nubes illa prebuit adminiculum Christo ascen-
denti per modum vehiculi. sed apparuit in signum divinitatis. sicut quod gloria dei super
apparebat super tabernaculum in nube. Unde videntibus apostolis, nubes suscepit
eum ab oculis eorum.

Tertio. elevatus est Jhesus in celum videntibus iustis. Quamvis enim presentia corporalis Christi
fuit subtracta fidelibus per ascensionem. presentia tamen divinitatis ipsius semper adest
fidelibus. Sicut quod ipse dicit. matthei ultimo. Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem
seculi. Quia enim ascendit in celos, non deserit adoptatos. ut leo papa dicit.
Convenientes enim et utilis fuit iustis Christi ascensio. Primo quantum propter fidei aug-
mentum que est de non visis. beati enim qui non viderunt et crediderunt. Secundo ad spei
sublevationem. Jo. 14. Si abiero et preparavero vobis locum. iterum venio
et accipiam vos ad meipsum. ut ubi ego sum et vos sitis. Per hoc enim quod Christus
humanam naturam assumptam in celo collocavit. dedit nobis spem illuc perve-
niendi. quia ubi fuit corpus ibi congregabuntur et aquile. ut dicitur matthei 24.
Tertio. ad erigendum caritatis affectum in celestia. ad col. 3o. Que sursum sunt
sapite, non que super terram. matthei 6. Ubi est thesaurus tuus. ibi est et cor tuum.
Et quia spiritus sanctus est amor, nos ad celestia rapiens. ideo dominus dicit discipulis
Expedit vobis ut ego vadam. si enim non abiero paraclitus non veniet ad vos.
si autem abiero mittam eum ad vos. quod exponens Augustinus super Jo. dicit. Non
potestis capere spiritum quamdiu secundum carnem nostis Christum. Christo autem
discedente corporaliter. non solum spiritus sanctus. sed et pater et filius illis affuit spi-
ritualiter. Quarto ut in celorum sede que deus et dominus constituitur. ex eius divina dum
hominibus mitteret. sicut dicitur ephe. 4o. Ascendit super omnes celos. ut adimpleret
omnia. scilicet donis suis. Ut glo. dicit. etc.

Quarto. elevatus est videntibus peccatoribus. Nam in mundo erant quadruplex defectus.
Primus habitationis glorie. ideo dicitur gen. 1. Imperium erant deus celum et terram.
i. terram dedit homini. celum reservavit sibi. Christus igitur ascendit ut celestem
mansionem peccatoribus aperiret. et sic abstulit defectum habitationis glorie. ad
hebr. 9o. Per proprium sanguinem introivit semel in sancta, eterna redemptione inventa.
Secundus erat ignorantie. quia homo non cognoscebat deum. ideo gen. 1. Tenebre
erant super faciem abyssi. Christus igitur ascendit ut homo deum cognosceret. Du-

cum enim non existimamus sic hominem terrenum. sed sic deum celestem. Tertius erat gre-
ve mune. ideo dicitur gen. 1. Terra autem erat inanis et vacua. i. gratia et mina. propter quod dominus
de celo mina tua. Christus igitur ascendit ad interpellandum pro peccatoribus. Sic pontifex in
veteri testamento intrabat sanctuarium ut assisteret deo pro populo. et Jo. 2. Advocatum
habemus apud patrem Jhesum Christum iustum. et ipse est propitiatio pro peccatis nostris. ipsa
enim representatio sui ex natura humana quam in celum intulit est quedam interpellatio pro nobis.
Ut ex quo deus humanam naturam sic exaltavit in Christo. ita et eorum misereatur pro quibus
filius dei humanam naturam assumpsit. ad hebr. 9o. Introivit in ipsum celum ut appareat
vultui dei pro nobis. Quartus erat defectus perseverantie, quia homines erant fragiles
ad perseverantiam boni, et tolerantiam mali. Christus igitur ascendit ut per missionem spiritus
sancti corda debilia roboraret. psalmus. Verbo domini celi firmati sunt et spiritu oris
eius omnis virtus eorum. Et Reddit turrimus conductus angelis et animabus coniunctum [illegible] -

Quinto ultimo. Jhesus elevatus est videntibus purgatis. Nam quia ipse est caput
nostrum. oportet illuc sequi membra. quo caput precessit. Jo. 14. Ut ubi ego sum et
vos sitis. Ideo cum se quod animas sanctorum quas de inferno eduxerat. in celum
introduxit. sicut dicitur in psalmo. Ascendens in altum. captivam duxit captivitatem. quia
eos qui fuerant captivati a dyabolo. secum duxit in celum. Scilicet animas eorum que erant
in purgatorio. ideo Christus dicit de gen. 22. Ecce cum duabus turmis regredior. Et ad
col. 3o. Expolians principatus et potestates. scilicet infernales auferens Ysaac et Jacob
et ceteros iustos, et duxit eos. i. longe ab hac regione tenebrarum. ad celum deduxit.
Et Augustinus in epistola ad evodium dicit. Christum venisse apud inferos, et inde eorum doloribus
constitutos, hos beneficiis liberatos per salutis se non dubito. Ut Augustinus. non vult quod
omnes illi qui erant in purgatorio, fuerint a purgatorio liberati. sed quod aliquibus eorum
fuit hoc beneficium collatum. scilicet illis qui iam sufficienter purgati erant. ut et qui dum
adhuc viverent, venerant per fidem et dilectionem et devotionem ad mortem Christi, ut eo
descendente ad ipsos. liberarentur a temporali pena purgatorii. Christus igitur assimilatus
p sanctos patres et purgatos. unde ex presentia d. ideo gen. 32. Recente in terra
nativitatis tue. reddit dicitur cant. 7. Ascendam in palmam et apprehendam fructus
eius. Ut sicut hoc videntibus illis elevatus est. Et ille sit cum angelis prius elevati
sunt. non ad equalem gloriam cum Christo. qui sedet ad dexteram patris. Ut Augustinus in sermone
de symbolo. Ipsam dexteram intelligite potestatem quam accepit ille homo susceptus
adeo ut veniat iudicaturus qui prius venerat iudicandus. qui et resurrectionibus
nos et concedat secum sedere in celestibus. quo nos perducere dignetur Jhesus Christus
dominus noster. Amen.

In festo pentecostes. Sermo

Spiritus sanctus docebit vos omnia. Jo. 16. et tenetur pentecostes susceptis benedictionibus.
In sermone hodierne sic dicit. Spiritus paraclitus dat pignus salutis, robur vite,
spei lumen. Pignus salutis ut ipse spiritus reddat testimonium spiritui nostro quod filii.

dei sumus. robur vite. ut quod per naturam est nobis impossibile per gratiam eius non solum possibile sed
et facile fiat. Unde sanctus Iohannes ut quod bonum in nobis meremur, illo tribuente agimus omne
bonum. Item ille spiritus sanctus docebit nos omnia que pertinent ad salutem. hec ille. Super
quo etiam monemur quoniam utique dona spiritus sancti sunt tante virtutis quod sine ipsis homini
nulla sit spes salutis. Ad eorum quoque credendum dicit doctor. nomen testis. primus est beatus
Ambrosius hec de spiritu sancto dicens. Ciuitas dei illa ierusalem celestis. non meatu alicuius
fluminis terrestris abluitur. sed ex vite fonte procedens spiritus sanctus. cuius nos brevi saciamur
haustu. illis celestibus spiritibus redundare videtur affluere pleno septem virtutum spiritualium
fervens meatu. hec ille. Secundus est sanctus Thomas. 12. q. 68. ar. 2. in responsione
dicens sic. Dona spiritus sancti sunt quedam hominis perfectiones quibus homo disponitur ad hoc
quod bene sequatur instinctum divinum. Unde in hiis in quibus non sufficit instinctus racionis
est necessarius spiritus sancti instinctus. et sic necessarium est donum. Sed inter dona spiritus sancti, sunt
ut esse sapientia. postremum autem timor. Utrumque autem horum est necessarium ad salutem.
de sapientia dicitur sapientie 7°. Neminem diligit deus nisi qui cum sapientia inhabitat. Et de
timore dicitur ecclesiastici 1°. Qui sine timore est, non poterit iustificari. Et ad Romanos 8
Qui spiritu dei aguntur hii filii dei sunt. quod si filii et heredes. et psalmista. Spiritus
bonus deducet me in terram rectam. quasi diceret in hereditatem illius terre beatorum nullus potest
pervenire nisi moveatur et deducatur a spiritu sancto. Et ideo ad illum finem consequendum ne
cessarium est homini habere donum spiritus sancti. Unde Gregorius hec 2 moralium dicit. quod spiritus sanctus
dat sapientiam contra stulticiam. intellectum contra hebetudinem. consilium contra precipitationem
fortitudinem contra timorem. scienciam contra ignoranciam. pietatem contra duriciem. timo
rem contra superbiam. hiis donis spiritus sanctus nos tutos ab hiis defectibus reddit. hec
Thomas. propterea dicit verbum propositum. Spiritus sanctus docebit nos omnia ~

Patriarchas.
Prophetas.
Apostolos.
Iustos.
Doctores.
Penitentes.

Primo spiritus sanctus docebit nos patriarchas. quibus revelavit
utilitatem filiorum posse celestis regni cuius. nam per spiritum sanctum
sanctificantur nos ab omni macula. hic est enim spiritus ille quo Ada
inspirante evigilans ab extasi prophetavit dicens. hoc nunc os
ex ossibus meis. et caro de carne mea. per quod intel
lexit homini posteritatem coheredem fieri celestis patrie. ad
Ephesios 4. Sacramentum hoc dico magnum in Christo et in ecclesia. id est in eius fidelibus. hic
est ille spiritus quo inspirante Abel obtulit oblationem acceptam deo quia respexit
dominus ad Abel et ad munera eius. mittens ignem qui consumeret hostiam eius.
hic est ille spiritus quo dictante Noe fabricavit archam in qua salvatum est
genus humanum. sapientie 14. hic est ille spiritus quo inspirante credidit Habraam
deo et reputatum est ei ad iusticiam. ut patet Genesis 12. hic est ille spiritus quo
suadente Rebecha uxor Ysaac. mandavit Iacob filio suo ut surriperet
benedictionem Esau. Genesis 27. hic est ille spiritus quo docente intellexit Iacob viso
in scala eum dixisset erat dominus. dicens. Vere dominus est in loco isto et ego nescie
bam. Genesis 28. hic est ille spiritus quo suggerente Ioseph. exposuit sompnia
pharaonis de vaccis pinguibus et macris. et de 7 spicis. Genesis 40. hic est

ille spiritus qui precedebat moysen et filios ysrael in columna nubis per diem et
in columna ignis per noctem. Exodi 13. hic est ille spiritus qui tamquam digitus dei scripsit
in tabulis lapideis legem dei de quo dicit moyses. Numeri 11. Quis det ut omnis
populus prophetet. et det eis dominus spiritum sanctum suum. Unde et dominus de hoc spiritu abstulit
a moyse ut daret senioribus populi. quia ad mandatum domini. et consilium Jetro. ele
git 70 viros ad iudicandas maiores causas totius populi ysrael. ut habetur Numeri 11.
hic est ille spiritus qui induxit Caleph in terram promissionis. de quo Numeri 14. Servum
meum caleph. qui plenus spiritu sancto secutus est me. inducam in terram hanc quam circuivit
et semen eius possidebit eam. hic est ille spiritus qui instruxit Iosue ducem populi dei post
moysen. Unde dicitur Deuteronomii 33. Iosue filius Nun repletus est spiritu sapiencie quia moy
ses posuit super eum manus suas. hic est ille spiritus qui confortavit Gedeonem. de
quo Iudicum 6. Spiritus domini replevit Gedeonem dicens. Vade in hac fortitudine
tua et liberabis ysrael de manu madian. hic est ille spiritus qui irruit super Iepte de
quo Iudicum 11. Spiritus domini super Iepte transiit ad filios Amon. ut pugnaret
contra eos quos tradidit dominus in manu eius. hic est ille spiritus qui dedit Sampson forti
tudinem in septem capillis. de quo Iudicum 14. Irruit Sampson et bindixit eos
dominus. Spiritus domini cum eo. hic est ille spiritus qui docuit Mariam sororem Aaron
canticum quod cecinit deo post habitam victoriam. dicens. Cantemus domino. gloriose enim
magnificatus est. 20. Exodi 15.

Secundo spiritus sanctus docebit nos prophetas. Nam in prophetia requiritur quod intentio
mentis elevetur ad percipiendum divina. postquam intentio mentis elevata est ad
superna, percipit divina. Quod autem spiritus sanctus doceat prophetas declarat petrus
in epistola 2 c. 1 dicens. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia. sed
spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. hic enim est ille spiritus de quo dicit
in psalmo. Exibit spiritus eius et revertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogita
tiones eorum. Et iterum. Verbo domini celi firmati sunt. et spiritu oris eius omnis virtus eorum.
Et iterum. Ne proicias me a facie tua. et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.
hic est ille spiritus de quo Salomon. sapientie 1. Spiritus domini replevit orbem terrarum et hoc quod
continet omnia scientiam habet vocis. 1. hoc scientiam habet vocis quia loquitur omnibus linguis. Et
ecclesiastici c. Iesum ait tu. quod fecit in tu doctrinis sapientiam et intellectum et spiritus
sanctus de altissimis. hic est ille spiritus sanctus de quo Iob 32. Spiritus est in hominibus. et inspi
ratio omnipotentis dat intelligentiam. hic est ille spiritus quo suggerente nathan propheta corri
puit David. et prohibuit ei ne domum domino edificaret. 2 Regum 13. hic est ille
spiritus de quo ait abdias propheta ad helia. Et cum recessero a te. spiritus domini asportabit
bit te in locum quem ignoro. 3 Regum 18. hic est spiritus helie qui factus est duplex in
heliseo. 4 Regum 2. hic est ille spiritus ~~helie~~ helisei de quo ecclesiastici 48. quod corpus eius
mortuum prophetavit. hic est ille spiritus de quo ysaie 4. Sanctus vocabitur
omnis qui scriptus est in vita in ierusalem. Si abluerit dominus sordes filiarum syon, et sangui
nem ierusalem laverit de medio eius in spiritu iudicii et spiritu ardoris. Et iterum 44.

Effundam spiritum meum super semen tuum et benedictionem meam super stirpem tuam. Hic est ille spiritus quem Iherusalem cuncti sitiebant. quem cum apprehenderit propheta dicunt ut patet Iezechielis 1. quem ubertatem siue uinum euangelicum ipsi ecclesie dederunt. Hic est ille spiritus de quo Eze. 36. Cum sanctificatus fuero in uobis congregabo uos de uniuersis terris et adducam uos in terram uestram et effundam super uos aquam mundam et mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris et dabo uobis cor nouum et spiritum nouum ponam in medio uestri. Hic est ille spiritus qui dedit Danieli intelligentiam uisionum et supernaturalium de quo Dan. 2. c. Est deus de celis reuelans misteria. Hic est ille spiritus de quo Ioel. 2. Effundam spiritum meum super omnem carnem et prophetabunt filii uestri et filie uestre. Hic est ille spiritus de quo Zach. 13. Effundam super domum David et super habitatores Ierusalem spiritum gratie.

3°. docebit uos s. apostolos primo quatuor. Primo prophetiarum reuelatione. Nam donum prophetie est utilius quam donum linguarum. quia per prophetiam infidelis conuertitur manifestatis occultis cordis eius ut 1. cor. 14. Maior est qui prophetat quam qui loquitur linguis. 2°. linguarum locutione. et ideo quia qui mittebantur pauperes et impotentes erant nec de facili apostoli repperissent qui eorum uerba aliis fidelibus interpretarentur ut uerba eorum eis exponerent maxime quia ad infideles mittebantur. et ideo necessarium fuit ut super hoc eis diuinitus prouideretur per donum linguarum. ut sic gentibus ad ydolatriam declinantibus introducta est diuersitas linguarum ut dicitur Gen. xi. ita et qui erant gentes ad cultum unius dei reuocarentur contra huius diuersitatis remedium adhibetur per donum linguarum. unde dicitur act. 2. Repleti sunt omnes spiritu sancto et ceperunt loqui uariis linguis prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Unde dicit glossa Gregorii. quod spiritus sanctus super discipulos in igneis linguis apparuit. et eis omnium linguarum scientiam dedit. 3°. persuasionis sermonis. Nam spiritus sanctus non deficit in aliquo quod pertinet ad ecclesie utilitatem. Nam sic prouidet ministris ecclesie in locutione. non solum ut a diuersis sic loquantur ut a diuersis possint intelligi quod pertinet ad donum linguarum. sed et quod efficaciter loquantur quod pertinet ad gratiam sermonis. Et hoc 3. Primo quidem ad instruendum intellectum quod fit dum aliquis sic loquitur quod doceat. 2° ad mouendum affectum. s. ut libenter audiat uerbum dei. quod fit dum aliquis sic loquitur quod auditores delectet. 1. cor. 2. Sermo meus et predicatio mea non fuit in persuasibilibus humane sapientie uerbis. sed in ostensione spiritus et uirtutis. 3° ad hoc quod amet ea que uerbis significantur et uelit ea implere. quod fit dum aliquis sic loquitur quod auditorem flectat. ad quod quidem efficiendum spiritus sanctus utitur lingua hominis quasi quodam instrumento. unde Gregorius in omelia hodierna dicit. Nisi corda auditorum spiritus sanctus repleat. uox docentium ad aures corporis in cassum sonat.

4°. miraculorum operatione. Nam spiritus sanctus sufficienter prouidet ecclesie in hiis que sunt ad salutem utilia. ad quod ordinantur gratie gratis date. Et sic oportet quod notitiam quam quis accipit in notitiam aliorum deducatur per donum linguarum et per gratiam sermonis. ita necesse est quod sermo prolatus confirmetur ad hoc quod fiat

credibilis. hoc autem fit per operationem miraculorum. super illud Marci ultimo. Sermonem confirmante sequentibus signis.

4°. docebit uos s. electos uestros in quibus mirabilia facit. Primo caritatem creat ad ro. 5°. Caritas diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. 2°. hominem inhabitat. 1. cor. 3°. Nescitis quia templum dei estis et spiritus sanctus habitat in uobis. Et Io. 14. Ad eum ueniemus et mansionem apud eum faciemus. 3°. homo in deo habitat. deus enim maxime amat illos quos sui amatores per spiritum sanctum constituit. quia nemo deum nisi amando conceperit. prov. 8. Ego diligentes me diligo. non quod nos prius dilexerimus deum. sed quoniam ipse prius dilexit nos. ut dicitur 1. Io. 4. Omne autem amatum in amante est. necesse est quod per spiritum sanctum non solum deus sit in nobis. sed et nos in deo. 1. Io. 4. Qui manet in caritate in deo manet. Et iterum. In hoc cognoscimus quod in deo manemus et ipse in nobis. quoniam de spiritu suo dedit nobis. 4°. secreta reuelat. Est enim hoc amicitie proprium quod amico suo secreta reuelet. Nam cum amicitia coniungat affectus et duorum faciat quasi cor unum. non uidetur ex corde suo quis illud protulisse quod amico reuelat. unde et dominus dicit discipulis. Io. 15. Iam non dicam uos seruos sed amicos meos. quia omnia que audiui a patre meo nota feci uobis. quia igitur per spiritum sanctum amici dei constituimur. conuenienter per spiritum sanctum hominibus dicuntur reuelari diuina misteria. unde apostolus 1. cor. 2. Scriptum est quod oculus non uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit que preparauit deus diligentibus se. nobis autem reuelauit per spiritum sanctum. 5°. omnia dona donat. proprium enim amicitie est quod ea que habet amico conferat. quia cum homo habeat amicum ut se ipsum. necesse est quod ei subueniat sicut sibi ipsi. unde et proprium amicitie ponitur uelle et facere bonum amico. secundum illud 1. Io. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi et uiderit fratrem suum necessitatem habere et clauserit uiscera sua ab eo. quomodo caritas dei manet in eo. hoc autem maxime in deo habet locum. cuius uelle est efficax ad effectum. et ideo conuenienter omnia dona dei per spiritum sanctum nobis donari dicuntur. 6°. hominem sibi configurat. Sicut enim ad hoc quod corpus aliquod ad locum ignis perueniat. oportet quod igni assimiletur leuitatem acquirens ex qua motu igni proprio mouetur. Ita ad hoc quod homo ad diuine fruitionis beatitudinem que deo propria est secundum suam naturam perueniat. necesse est primo quidem quod per spirituales perfectiones deo assimiletur. deinde quod secundum eas operetur et sic tandem beatitudinem consequetur. dona autem spiritualia nobis per spiritum sanctum donantur. et ~~per spiritum ad bene operandum~~ ita per spiritum sanctum deo configuramur. et per ipsum ad bene operandum habiles reddimur. et per eundem ad beatitudinem nobis uia paratur.

7°. hominem sibi in filium adoptat. Nam ex beniuolentia quam quis habet ad aliquem contingit quod eum sibi adoptat in filium. ut sic ad eum hereditas adoptantis pertineat. Conuenienter itaque spiritui sancto adoptio filiorum dei attribuitur. secundum illud ad ro. 8. Accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus Abba pater. 8°. hominem a culpa liberat. pro hoc enim quod aliquis amicus alterius constituitur omnis offensa remittitur. prov. 10. Uniuersa delicta operit caritas. Cum igitur per spiritum sanctum amici dei constituamur. conueniens est quod per ipsum nobis a deo remittantur peccata. Io. 20. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis etc. 9°. hominem renouat. Cum enim uetustas peccati aufertur. sic anima lauatur et purgatur. et etiam renouatur. hoc autem fit per spiritum sanctum. ephe. 4.

Renouamini spiritu mentis vestre. 10. linguam hominis format. Ex hijs enim que
ho. nouit format eius loquelam. id quod nouit per spiritum sanctum ho. loquitur diuina mista-
ria. i. cor. 14. Spiritus loquitur misteria. Et mt. 10. Non estis vos qui loquimini. Sed spiritus
patris vestri qui loquitur in nobis.

Primo. dabit nobis s. peccatoribus nouam creationem. Cum enim gratia spiritus sancti peccatori adue-
nerit. tunc peccator nouiter creatur. Secundum illud Judith. 16. dixisti et facta sunt. Immi-
sisti spiritum tuum. et creata sunt. Sicut enim deus apparuit 7. diebus mundum creauit. Ita
spiritualem mundum. i. hominem per 7. peccata mortalia ad nichilum re-
dactum. 7. donis que 7. diebus per spiritum sanctum recreat. Primo die. creauit deus
lucem. gen. 1. dixit deus. fiat lux. In anima peccatoris sunt tenebre peccatorum
sapie. 7. vna cathena tenebrarum erat omnes colligati. Quia peccator quan-
tum de peccato cogitacionis consensus, delectacionis operacionis consuetudinis et [illegible] quasi
cathena. Spiritus autem adueniens in animam. nouam lucem creat in anima per
donum timoris. Et sic lima purgat ferrum et splendidum facit. Sic
timor domini purgat animam per cognicionem proprie fragilitatis et vilitatis
peccati, et sanitatis Judicij. eccl. 2. Qui timetis deum diligite illum
et illuminabit corda vestra. Et sic dissoluitur peccatum superbie. eccl. 1. Timor
domini expellit peccatum. i. superbiam. 2o. die. creauit deus firmamentum. In
anima peccatoris est instabilitas. quia modo deprimitur per aduersitatem modo ele-
uatur per prosperitatem. tre. 1. peccatum peccauit hierusalem. propterea instabilis facta
est. Spiritus autem sanctus adueniens in animam. ipsam in bono stabilit et firmat.
hebr. 13. Optimum est gratia stabilire cor. Et ps. Confirma hoc quod operatus
es in nobis. hec autem firmitas creatur in nobis per donum pietatis. eccl. 3.
Ignem ardentem extinguit aqua et elemosina resistit peccatis. et in tempore casus
sui inueniet firmamentum. Per hoc autem opus dissoluitur peccatum inuidie quod
gaudet cum aliis malis. et dolet de alienis bonis. Sed pietas subuenit eis.
3o. die produxit deus herbam virentem et lignum fructiferum. gen. 1. Anima
enim peccatoris ante aduentum spiritus sancti est quasi arbor mortua et arida sine
humore gratie. et sine fructu. Vnde apta est incendio infernali. luc. 3. Omnis
arbor que non facit fructum. exciditur et in ignem mittitur. Spiritus autem sanctus
adueniens in animam. reddit ei humorem gratie. ps. ego autem sicut oliua
fructifera in domo dei. Oliua enim in se est pinguis et alijs medicinalis
Sic anima vnificata spiritu sancto. est in se pinguis per deuocionem, et alijs
medicinalis per sustentacionem bonorum operum. verbis et exemplis. hanc fruc-
tificationem facit spiritus sanctus in anima per donum scientie. quod docet hominem conuersari
[illegible] in medio nationis praue et peruerse per mansuetudinem et patienciam
Et sic dissoluitur peccatum ire. que hominem impedit ne alijs fructificet
per bonum opus. quia eis odibilem reddit. 4o. die fecit deus luminaria

s. solem lunam et stellas. Ante aduentum spiritus sancti. licet anima aliquod bonum proponat
et aliqua opera de genere bonorum faciat. tamen statim deficit et inflatur mane [illegible].
Vnde non perseuerat in bono. luc. 8. Ad tempus credunt et in tempore temptacionis recedunt
Spiritus autem sanctus adueniens in animam fortificat et roborat eam in bono. Vnde b. petrus
post receptionem spiritus sancti reputauit leuiter mori pro christo. qui tamen prius in negacione
[illegible] christum ad vocem ancille. hanc perseuerantiam facit spiritus sanctus in anima per donum
fortitudinis. Per hoc autem dissoluitur peccatum accidie quod eneruat vires hominis
5o. die. creauit deus ex aqua et terra pisces et aues. Ante aduentum spiritus
sancti in anima. cor ad terram deprimitur per nimium amorem. ps. Oculos suos
statuerunt declinare in terram. Spiritus autem sanctus adueniens in animam, eleuat cor a
terrenis ad celestia per perspicaciam omnium mandatorum dei. Job. 39. Ad preceptum
tuum eleuabitur aquila. i. cor nobile dictum apparuit sancto. hanc perspicaciam
facit spiritus sanctus in anima per donum consilij. quod dicit. vade et vende omnia que habes et da pau-
peribus et veni sequere me. mt. 19. Per hoc autem dissoluitur peccatum auaricie que est ydolorum
seruitus. Vbi enim spiritus domini. ibi libertas ut dicitur. 2. cor. 3. 6o die creauit deus hominem
ad ymaginem et similitudinem suam. Ante aduentum spiritus sancti in anima, nichil homo cogitat. nichil
cupit nisi quod in dictis luxurie ut patet in ipso mundi. gen. 7. Omnis quippe caro corrum-
pat viam suam coram deo. Spiritus autem sanctus adueniens in animam, eleuat ipsam ad
contemplacionem celestiorum per donum intellectus. quia spiritus omnia scrutatur et profunda dei. i. cor. 2.
Per hoc autem dissoluitur peccatum luxurie. Job. 34. Si dixerit ad deum cor suum, spiritum illius
et flatum ad se trahet et deficiet omnis caro. i. carnalitas. 7o. die. requieuit deus
ab omni opere quod patrarat. hoc enim est consumacio post laborem dierum. Ante aduentum s. s. in
anima, non sapiunt ei bona celestia. cum habeat gustum et palatum infectum. phi. 3.
Quorum deus venter est. et gloria in confusione eorum. Spiritus autem sanctus adueniens in animam. vocat
eam ad gustum diuine contemplacionis. apoc. 14. Amodo iam dicit spiritus ut requiescant a la-
boribus suis. Et hoc per donum sapientie. quo pregustatur cena eterne beatitudinis. eccl. 24
Spiritus meus super mel dulcis. Per hoc autem dissoluitur peccatum gule. gregorius. gustato
spiritu desipit omnis caro. etc.

6o. Spiritus sanctus dabit nobis s. penitentibus sex vobis necessaria ad iustificacionem.
Primo. consolacionem. vnde dicitur. Jo. 14. paraclitus. quod idem est quod consolator. ysaie. 61. Spiritus
domini super me etc. ut ponerem consolacionem lugentibus syon. gregorius. Consolator spiritus
dicitur. quia de peccati perpetracione merentibus dum spem venie preparat ab afflictione et
tristicie mentem leuat. 2o. vnificacionem. vnde dicitur spiritus. quia spiritus est qui viuificat
s. peccatores penitentes. 3o. sanctificacionem. vnde dicitur sanctus. i. mundus. ps. fluminis
impetus letificat ciuitatem dei. i. habundans gratia spiritus sancti letificat ciuitatem dei. i. ecclesiam dei. 4o.
dilectionem. vnde dicitur. quem mittet pater. Dicitur enim pater. quia naturaliter diligit nos. Jo. 13. Ipse
enim pater amat vos. Si ipse est pater. et nos filij. Sed et filios carnales prius debemus
eum naturaliter diligere. 5o. saluacionem. i. dicitur in nomine meo. quod est yhesus. i. saluator

quia in nomine salutis pater misit spiritum ad salvandas gentes. Act. 2. Ipse enim salvum faciet
populum suum. 6. instructionem. Io. 16. Ille docebit vos omnia. quia eramus ignari eius
per quod possemus salvari. Missus est spiritus sanctus quod nos doceat omnia. Haec pro secunda parte.

Qualiter debemus nos disponere ad recipiendum spiritum sanctum. quod quidem fit 7 modis.
Primo debemus esse in otio quietis. quod notatur cum dicitur. Dum complerentur dies pentecostes, id est quietis.
Illud enim festum erat deputatum ad quietem. Ysaie 66. Super quem requiescet spiritus
meus nisi super humilem et quietum. 2o debemus esse dilectione uniti. cum dicitur. Erant
omnes pariter. Erant enim apostoli qui receperunt spiritum sanctum cor unum et anima una. Sicut enim spiritus
hominis non vivificat membra corporis nisi unita. sic nec spiritus divinus membra spiritualia.
Et sic ignis linguarum divisionem extinguit. Sic spiritus per divisionem in habitu de
apostolis citatur. Tunc erit eos concordes caritate. et illustrent eos in unitas divisas
dicit. 3o debemus esse loco secreto. cum dicitur. in eodem loco. scilicet in cenaculo. Osee 2o.
Ducam eam in solitudinem et loquar ad cor eius. 4o debemus esse oratione assidui. cum
dicitur. Erant perseverantes in oratione. Sapientie 8. Invocavi scilicet per orationem et venit in me spiritus
sapientie. Et Io. 14. Rogabo patrem et alium paraclitum dabit vobis. Et de apostolis dicitur
orantibus apostolis dicitur venisse initiatum. Et postea. Os meum aperui scilicet in oratione. et attraxi
spiritum. 5o debemus esse humilitatis perditi. cum dicitur. sedentes. postea. Qui emittit fontes
in convallibus. scilicet gratiam spiritus sancti. Animas humiles. 6o debemus esse pace quieti. cum dicitur
habitantes. quod interpretatur visio pacis. Unde Christus primo discipulis suis obtulit pacem dicens. pax
vobis. Deinde insufflavit et dixit. Accipite spiritum sanctum. Io. 20. 7o et ultimo debemus
esse contemplatione erecti. cum dicitur. qui receperunt spiritum sanctum in superiori cenaculo. ubi
dicit glossa. Qui spiritum sanctum desiderat. carnis domicilium mentis contemplatione transcendat.

Nota quod spiritus sanctus duobus modis mittitur, invisibiliter et visibiliter. Invisibiliter cum hominibus
castis illabitur. Visibiliter cum in aliqua figura visibili demonstratur. Unde quinque demonstratus
est spiritus sanctus in signo visibili. Et primo in specie columbe super Christum baptizatum. Luc. 3. descendit spiritus sanctus corporali specie
sicut columba in ipsum. 2o in specie nubis lucide. Mt. Ecce nubes lucida obumbravit eos.
3o in specie flatus. Io. 20. Insufflavit et dixit. Accipite spiritum sanctum. 4o in specie ignis. 5o in specie
lingue. Et in hac duplici specie apparuit hodierna die. Ideo in hac quadruplici specie
rerum monstratus est ut detur intelligi quod harum rerum proprietates in cordibus in quibus illabitur
operatur. Columba habet gemitum pro cantu. felle caret. in foraminibus petre manet.
Sic spiritus sanctus illos quos replet. facit pro peccatis suis gemere. Ysaie 59. Rugiemus
quasi ursi omnes et quasi columbe meditantes gememus. 2o sine felle id est amaritudine.
Sapientie 12. O quam bonus et suavis est spiritus tuus in nobis. Vocatur suavis benignus
humanus. ex eo quod suaves benignos et humanos facit. suaves in sermone. benignos
in corde. et humanos in opere. 3o in foraminibus petre id est Christi vulneribus habitat. Cant. 2o.
Surge amica mea sponsa mea columba mea. et veni in foraminibus petre. glossa id est in
Christi vulneribus. 2o demonstratus est in specie lucide nubis. Nubes aere levatur. re
frigerium prestat et pluviam generat. Sic spiritus sanctus quos replet. a terra elevat per contemptum
terrenorum. 2o refrigerium prestat contra incendium vitiorum. Unde et beate virgini dicitur. Spiritus sanctus super
veniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi id est ab omni estu vitiorum te refrigerabit. 3o

pluviam generat lacrimarum. Postea. flavit spiritus eius et fluent aque. scilicet lacrimarum. Io. 7o.
Flumina de ventre eius fluent aque vive. Hoc autem dixit de spiritu sancto quem accepturi erant
credentes in eum. 4o in specie flatus. Flatus est levis. calidus et ad respirandum necessarius est.
Sic spiritus sanctus levis est id est velox ad se diffundendum. Glossa super Act. Factus est repente etc. Nescit
tarda molimina spiritus sancti gratia. 2o calidus est. Luc. 12. Ignem veni mittere in terram.
quid volo nisi ut ardeat. 3o necessarius est ad respirandum. adeo quod spiritus necessarius est quod
si ad horam subtrahatur homo continuo moritur. Sic de spiritu sancto intelligendum est. Postea. Auferes
spiritum eorum et deficient et in pulverem suum revertentur. Item. Emitte spiritum tuum et creabuntur.
Io. 6. Spiritus est qui vivificat. 4o demonstratus est in specie ignis. propter quinque rationes.
propter splendorem. valorem. fervorem. timorem. et eius efficaciam. Primo propter sple
ndorem. scilicet ut homines de spiritu sancto cogitent per creaturam. eo quod per se ipsum videri vel co
gnosci non valemus. Unde quia deus ignis consumens est ut dicitur Deut. 4. Io. spiritus sanctus
qui verus deus est voluit sub specie ignis apostolis apparere. Unde super illud verbo Act. 2o. Ap
paruerunt apostolis dispertite lingue. Glossa sic ait. Deus in corpore et invisibilis
et incircumscriptus natura. sed assumpto aliquo corpore visibili diversi coloris propter magis in quibus
ardet. Sic spiritus sanctus videri non potest nisi per creaturas in quibus operatur. 2a ratio. propter va
lorem. Unde super apostolos in igneis linguis apparuit. ad ostendendum effectum doctrine. Unde
dicitur Act. 2. Ceperunt loqui variis linguis. hanc rationem tangit sanctus Tho. 1 p. q. ~~3~~
43. ar. 7. 3a ratio. ad ostendendum fervorem. quo corda eorum erant inflammata
et commota. ad hoc quod Christum ubique sine timore cum fervore predicarent. et ideo
in linguis igneis apparuit. Act. 2. 4a ratio. ad ostendendum timorem. Unde super illud ver
bo Luc. 3. descendit spiritus sanctus sicut columba super ipsum. Crisostomus sic ait. ut declara
ret Christi mansuetudinem et innocentiam. in specie columbe apparuit super Christum. Apostolis autem in
ponit in specie ignis ut ostendat penam. Et subdit Crisostomus hanc rationem ibidem dicens.
Cum enim oportebat delicta ignoscere, mansuetudine tamen multa necessaria erat. sed
ubi adepti sumus gratiam. restat examinis et iudicii tempus quod fiet per ignem.
Et ideo in igne apparuit. has duas rationes tangit sanctus Tho. 3 p. q. 39. ar.

5a ratio. ad ostendendum eius efficaciam. quia sicut ignis habet quatuor proprietates. Ita spiritus sanctus.
Unde super illud verbo Act. 2. tanquam ignis. Glossa sic ait. Sicut ignis spiritus sanctus venit. quia
spiritus sanctus purgat corda. urit peccata. illuminat ignorantias. Calefacit et tor
porem ignavie excutit. Inflammat per humilitatem. educat per fortitudinem. se gerat
per minimum. Summum tendit per desiderium eternorum. 5o demonstratus est in specie lingue
propter quatuor effectus spiritus sancti. Unde dicitur de illis Act. 2. Apparuerunt illis dispertite lingue etc.
tanguntur quatuor proprietates velut quatuor effectus spiritus sancti. Verum quod erat ut apparuerunt lingue
ignee. dispertite. et varie. Primo quia apparuerunt lingue. et hoc non propter se. Sed ut
alios predicarent. nam linguam attulit qui proprio verbo venit. Cognationem habet
lingua cum verbo. ut ab invicem nequeant separari. Sic verbum patris et spiritus sanctus inseparabi
les sunt et invicem. Io. 14. Non relinquam vos orphanos etc. 2o quia ap

apparuerunt linguae igneae propter congruentiam. quia assimilatur ei quo denotatur. Quarto, dicuntur linguae conformes. unde Gregorius super illud Jo. [14]: Si quis diligit me etc. sic ait: Spiritus sanctus in linguis igneis apparuit, quia omnes quos repleverit ardentes pariter et loquentes facit. Et idem Gregorius dicit: Spiritus sanctus in linguis igneis apparuit quia discipulos zelo succensos et verbo eruditos fecit. Et quia quos replet et ardere ex se et loqui de se facit. Tertia proprietas est quia erant linguae dispertitae. Quod exponitur tribus modis. Primo Rabanus sic ait: Divisio linguarum facta est in turre. et videtur quod dispersit superbia collegit humilitas. In superbia est discordia, in humilitate concordia. Secundo sic dispertitae, ad significandum quod ecclesia erat linguis gentium locutura. Tertio sic dispertitae, id est diversae in specie ignis ut linguis omnium loquerentur. Quarto sic dispertitae glossa scilicet extrinsecus igneo colore, et intrinsecus metallo ut spiritualis operatione etc. Quinta proprietas quia erant variae. Unde dicitur ibidem: loquebantur variis linguis. Quod exponitur duobus modis. Primo litteraliter scilicet linguis omnibus loquebantur, ut super scilicet hebraea lingua loquentes ab omnibus intelligebantur, ac si propriis singulorum linguis loquerentur. Et super illud: Audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes. Glossa sic ait: Linguae omnes datae sunt LXXta duobus discipulis secundo ordine sub hoc modo sunt electi ut unusquisque praedicans concordaret omnium linguarum. Secundo spiritualiter varietas linguarum donorum sunt gratiarum. Ideo per linguas hominibus dedit spiritus sanctus quibus humana sapientia docetur et discitur, ad ostendendum quod facile sapientes efficit sapientia dei. Et ideo concluditur ibidem scilicet actuum 2: prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Unde beatus [...] in glossa: Spiritus dividens singulis prout vult, cui vult, quibus vult, ubi vult, quando vult, quantum vult. Haec omnia in glossa ibidem.

Notandum quod spiritus sanctus dupliciter potest intelligi. Uno quidem modo in virtute duarum dictionum. Et hoc modo quaelibet persona trinitatis potest dici spiritus sanctus. Nam pater spiritus est et est sanctus. Filius spiritus est et sanctus. Jo. 4: deus spiritus est. Per hoc enim quod dicitur spiritus immaterialitas divinae substantiae designatur. Per hoc enim quod dicitur sanctus significatur divinae eminentiae bonitas. Alio modo potest accipi spiritus sanctus in vi unius dictionis. Et hoc modo ex usu ecclesiae hoc nomen spiritus sanctus est accomodatum ad significandum unam trium personarum trinitatis quae procedit per modum amoris a patre et filio etc.

In festo sanctissimae trinitatis.

Si dixero vobis caelestia credetis. Jo. 3. Et circa principium [...] beatus Bernardus in sermone de trinitate sic ait: Fugere de trinitate perversa curiositas est. Credere et tenere sicut sancta ecclesia tenet fides et securitas est. Videre autem eam sicuti est perfecta et summa felicitas est. Haec ille. Super quo thema moveo quaestionem: Utrum explicite credere misterium trinitatis sit ad salutem maxime necessarium. Ad istam quaestionem respondent duo doctores novi testamenti. Primus est beatus Augustinus libro de trinitate sic dicens: Ubi quaeritur unitas trinitatis et trinitas unitatis patris et filii et spiritus sancti, nec periculosius

alicubi erratur nec laboriosius aliquid quaeritur nec fructuosius aliquid invenitur. Haec ille. Secundus est sanctus Thomas 22 q. 2 ar. 8 dicens sic: Misterium Christi explicite credi non potest sine fide trinitatis. Quia in misterio Christi hoc continetur quod filius dei carnem assumpsit, et quod per gratiam spiritus sancti mundum renovavit, et iterum quod de spiritu sancto conceptus fuit. Et ideo eo modo quo misterium Christi ante Christum fuit quidem a maioribus explicite creditum, implicite autem et quasi obumbrate a minoribus, ita et etiam misterium trinitatis. Et ideo etiam post tempus gratiae divulgatae tenentur omnes ad explicite credendum misterium trinitatis. Et omnes qui renascuntur in Christo hoc adipiscuntur per invocationem trinitatis secundum illud Matthei ultimo: Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. Haec Thomas. Si dixero vobis caelestia.

Elementorum credetis.
Patriarcharum credetis.
Prophetarum credetis.
Apostolorum credetis.
Miraculorum credetis.
Paganorum credetis.
Virtuosorum credetis.

Primo: Si dixero vobis caelestia elementorum in quibus resplendet signum sanctissimae trinitatis, credetis. Sunt enim quattuor elementa velut prima corporum corruptibilium, in quibus est expressum signum sanctae trinitatis. Primum elementum est ignis in quo quidem est species ignis, splendor et calor. Splendor ab igne nascitur. Calor ab igne et splendore generatur. Unde dicit Augustinus: Splendor est de igne. Calor vero de utroque, et tamen coaeva sunt. Da mihi ignem sine calore et splendore, et credam patrem sine filio et spiritu sancto. Secundum elementum est aer in quo sanctissimae trinitatis mirabiliter operatio est. Nam pater divina potestate manifestatur super Christum baptizatum tamquam actor vocis ut loquens per vocem. Et quia proprium est patris producere verbum quod est dicere vel loqui, ideo convenientissime pater per vocem manifestatus est, quae significat verbum. Unde et ipsa vox a patre emissa filiationem verbi protestatur Matthei 3: Ecce vox de caelis dicens: Hic est filius meus dilectus. Filius etiam in sua passione voluit pati sub tecto nec in templo iudaico, ne putaretur tantum pro una plebe oblatus, sed in aere eo ut sacrificium esset eo quod commune est pro universitate. Etiam ascendens in caelum per aerem transivit ut per sacram ascensionem sui corporis mundaretur aeris infectio. Spiritus autem sanctus datus est apostolis in specie flatus et aeris Jo. 20: Insufflavit et dixit: Accipite spiritum sanctum. Tertium elementum est aqua in qua trinitatem personarum ostendit. Dicit Augustinus libro de [...] Pater enim est instar fontis. Filius instar rivi a fonte procedentis. Spiritus sanctus instar stagni a fonte et rivo emanantis. Et sicut fons generat rivum, sic pater generat filium. Fons et rivus faciunt stagnum, quia pater et filius spirant spiritum sanctum. Fons a nullo procedit, quia pater a nullo existit. Et tamen in fonte, rivo et stagno est eadem aqua, quia in patre et filio et spiritu sancto est eadem substantia. Quartum elementum est terra in qua demonstrata est personarum trinitas. Ex hoc quod dicitur 3. Jo. 1: Tres sunt qui testimonium dant in terra: Spiritus, aqua et sanguis. Nam ex latere Christi fluxit aqua ad nos abluendum per sacrum baptisma. Sanguis autem ad redimendum. Spiritus autem positus est a Christo ad nos patri restituendum, quod testatur

trinitatem personarum –

[2]. Si dixero vobis celestia patriarcharum in quibus figurata est trinitas divinarum personarum credetis. Adam credidit misterium trinitatis quia sic fuit creatus et instructus adeo ut haberet scientiam vite ad instructionem et gubernationem generis humani. Ad gubernationem autem vite proprie et aliorum non solum requiritur cognitio eorum que naturaliter sciri possunt. Sed etiam cognitio eorum que eorum naturalem excedunt. eo quod vita hominis ordinatur ad quendam finem supernaturalem. Sic nobis ad gubernationem vite nostre necessarium est cognoscere que fidei sunt. unde et de hiis supernaturalibus primus homo tantam cognitionem accepit quanta erat necessaria ad gubernationem vite humane secundum statum illum. unde vidit deum in tribus personis in raptu quem deus immisit soporem in adam. gen. 2. Noe credidit misterium trinitatis quem in archa salvavit cum. i. tradesset gratia cum tribus filiis. i. confidere in sancta trinitate. Abraam credidit misterium trinitatis in tribus viris descendentibus per viam. nam tres vidit et unum adoravit. gen. 18. Ysaac credidit misterium trinitatis qui fodit tres puteos. ut dicitur gen. 22. Jacob credidit misterium trinitatis qui vidit scalam trium graduum. gen. 28. Joseph credidit misterium trinitatis qui vidit tres palmites in una vite. gen. 40. Moyses credidit misterium trinitatis qui tres solempnitates principales instituit. ad quas convenire debebat omnis judeus. exo. 23. Item exo. 5. deus hebreorum vocavit nos ut eamus viam trium dierum in solitudine. i. ut per fidem trinitatis eciam in hac vita in qua peregrini sumus fideliter ambulamus. quia sic ad salutem pervenimus etc. –

[3]. Si dixero vobis celestia prophetarum credetis. qui spiritu prophetico misterium trinitatis cognoverunt et nobis annunciaverunt. Unde in psalmo dixit. Verbo domini celi firmati sunt. et spiritu oris eius omnis virtus eorum. per dominum intelligens patrem. quia ipse invocabit me pater meus es tu. per verbum intelligens filium. dominus dixit ad me. filius meus es tu. per spiritum intelligens spiritum sanctum. quia spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Salomon prover. 30. Tria sunt michi difficilia. quia trinitatem in unitate imperfecte cognovit. Ysaias. 6. c. dixit Seraphin clamant et dicunt. Sanctus. Sanctus. Sanctus. dominus deus exercituum. plena est omnis terra maiestate eius. Cum ergo ter dicit sanctus. ostendit trinitatem personarum. Cum semel dicit dominus deus. ostendit unitatem essentie. Jeremias. i. c. dicit A. A. A. domine deus. Cum 3o dicit A. designat trinitatem personarum. quod autem singulariter dicit domine deus ostendit unitatem essentie. Daniel. 5. c. dicit quod apparuerunt tres digiti quasi manus hominis scribentis. Appendit. numeravit. divisit. Manus ista est dei qui omnia creat. in qua manu sunt tres digiti. i. tres persone. de quibus ysaie. 40. Qui appendit tribus digitis molem

terre. Et quia isti tres digiti habent appendere, numerare et dividere. Nam pater per suam potentiam omnia appendit. i. omnia portat et custodit. filius per suam sapientiam omnia numerat. i. cognoscit et investigat. Spiritus sanctus per suam bonitatem omnia dividit. i. dona sua omnibus tribuit.

[4]o. Si dixero vobis celestia apostolorum expresse docentium misterium trinitatis credetis. Math. ultimo. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. Mar. ultimo. Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit. luc. i. Spiritus sanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi. usque filius dei. Jo. i. In principio erat verbum. Et i. Jo. 5. Tres sunt qui testimonium dant in celo. pater verbum et spiritus sanctus. et hii tres unum sunt. paulus. 2. cor. 13. gratia domini nostri yhesu christi. et caritas dei. Et communicatio sancti spiritus sit semper cum omnibus nobis etc.

[5]. Si dixero vobis celestia miraculorum declarantium misterium trinitatis credetis. unde de tribus miraculis declaratur. Primum ponit magister historiarum scolasticarum et eusebius. quod in nativitate christi in oriente apparuerunt tres soles qui paulatim sibi appropinquantes in unum solem redacti sunt. per quod significabatur quod cognitio unius dei et trium personarum toti mundo imminebat. Secundum miraculum ponit Eutropius. Cum quidam sacerdos arrianus quendam baptizaret et formam trinitatis mutaret. dicens. Ego te baptizo in nomine patris per filium in spiritu sancto. volens ex hoc ostendere quod filius et spiritus sanctus non essent pares patri et equales. subito aqua disparuit et baptizandus ad ecclesiam confugit catholicam. Tertium miraculum ponit. Sigibertus. quod cum annos domini quingentos quinquaginta circa gallias arriana heresis pullularet, que filium et spiritum sanctum minores patre affirmat, in urbe vasacensi dum episcopus eiusdem urbis missarum celebraret vidit tres guttas clarissimas equalis magnitudinis de celo super altare descendisse que sibi paulatim appropinquantes unam gemmam pulcherrimam efficerent quam cum in medio cuiusdam aurec crucis posuissent gemme que ibi erant, tamen eius pulchritudinem non ferentes subito ceciderunt. Gemma in mundis autem hominibus videbatur horribilis et obscura. Mundis autem et puris, delectabilis et clara, miraculis confirmans presertim sanctitate et adorationibus ipsam crucem auxit virtute. unde ricardus li. i. de trinitate dicit sic. Ut attenderet judei. ut adverterent pagani. cum quanta consciencie securitate pro hac fide trinitatis ad divinum judicium potuimus accedere. Nonne cum omni confidentia deo dicere poterimus. domine si error est, a te ipso decepti sumus. Nam hec fides tantis signis et prodigiis confirmata est. que non nisi per te fieri possunt. et certe a summe sanctitatis viris nobis est tradita cum summa et authentica auctoritate et attestatione probata, te ipso cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. hec ille –

[6]o. Si dixero vobis celestia paganorum prefigurantium misterium trinitatis credetis. Non enim cognoverunt philosophi misterium divinarum personarum per propria

que sunt proprietates· filiatio· et processio· secundum illud apostoli· 1· cor· 2·
Loquimur dei sapientiam quam nemo principum huius seculi novit· 1· philosophi secundum glo.
Cognoverunt tamen quedam essentialia attributa que appropriantur personis
sicut potentia appropriatur patri· sapientia filio· bonitas spiritui sancto· de quibus philosophi
quatuor sunt principales· qui per hec appropriata cognoverunt aliquid de misterio
trinitatis. Aristoteles primo· de celo et mundo dixit· Omne et totum ponimus super tria·
per hunc enim numerum adhibuimus nosipsos magnificare deum unum eminentem
proprietatibus eorum que sunt creata. Non quod intellexerit trinitatem personarum
in divinis· sed vult dicere quod antiqui ternario numero utebantur in sacrificiis
et orationibus propter quandam ternarii numeri perfectionem. Plato etiam in libris suis
ponit· quod in principio erat verbum et verbum erat apud deum· et deus erat verbum·
secundum quod dicit Augustinus· 7· libro confessionum· se in eis legisse. Magi pharaonis dicuntur
defecisse in 3· signo· i· in notitia 3· persone· scilicet spiritus sancti· ut dicit glo· ad ro· 1·
et exo· 7· quia licet appropriata duarum personarum cognoscerent· dicuntur tamen in 3· signo
defecisse· i· in cognitione 3· persone· qui bonitatem que spiritui sancto appropriatur dimi-
nerit· deum cognoscentes deum, non sicut deum glorificaverunt· ut dicitur ad ro· 1·
Trismegistus etiam dixit· Monas gignit monadem· et in se suum reflectit
ardorem· non tamen referendo ad generationem filii et processionem spiritus sancti· sed ad
productionem mundi· unus enim deus produxit unum mundum· propter suum ipsius amorem.
Et propter hoc dicit Hylarius libro de trinitate· Non putet homo sua intelligentia sacrum
generationis et processionis se posse consequi· Ambrosius etiam dicit· Michi impossibile scire
generationis divine secretum· mens deficit· vox silet· non mea tantum· sed etiam omnium
angelorum –
Quarto et ultimo· ad celestium thesaurorum manifestationem misterium trinitatis
credentis virtutibus enim theologicis de quibus dicitur 1· cor· 13· Nunc autem manent fides
spes· et caritas· Tria hec satis manifestant personarum trinitatem· unde b.
in sermone de trinitate dicit· Est trinitas per quam homo resurgit· scilicet fides spes caritas
fides preceptorum· articulorum· sacramentorum· Spes venie· gratie· glorie· Caritas
de corde puro· conscientia bona· et fide non ficta· hec ille· fides trinitatis divinarum
personarum est nobis necessaria triplex. Primo ad rectam sententiam de creatione rerum.
Per hoc enim quod dicimus deum omnia fecisse verbo suo· excluditur error ponentium deum
produxisse res ex necessitate nature· Per hoc autem quod ponimus in eo processionem
amoris· ostenditur quod deus non propter aliquam indigentiam produxit creaturas
neque propter aliquam causam extrinsecam· sed propter amorem sue bonitatis· unde et moyses postquam di-
xerat· In principio creavit deus celum et terram· subdidit· dixit deus fiat lux· ad manife-
stationem divini verbi· et postea dixit· vidit deus lucem quod esset bona· ad ostensionem
approbationis divini amoris· et similiter in aliis operibus. Alio et principalis ad rectam

sententiam de salute generis humani que perficitur per filium incarnatum et per donum spiritus sancti·
3o ad consecrationem baptismi· cuius principalis est aqua verbo virtute habet in sancte trinitatis in cuius
significationem fit trina immersio in baptismo aque· unde Augustinus in quodam sermone de symbolo dicit
ad baptizatos· Recte 3o mersi estis qui accepistis baptismum in nomine trinitatis· hec autem
fit ad maiorem expressionem non autem ad necessitatem salutis. Opus autem trinitatis est
nobis necessarium propter tres partes penitentie· que sunt· contritio· confessio· et satisfactio· Nam ex
parte penitentis requiritur primo voluntatis regressio· quod quidem fit per contritionem 2o quod
se subiciat arbitrio sacerdotis loco dei· quod fit in confessione 3o quod recompenset secundum arbi-
trium ministri dei· quod fit in satisfactione· Luc· 3· Facite fructus dignos penitentie· Ce-
terum autem trinitatis est nobis necessaria propter tria· Primo propter demonum expulsionem
quod significatur in quodam fideli notario apud constantinopolim qui cum quosdam magicos
duxisset ad consortium maxime multitudinis demonum assidentium in throno interrogatus cui
servire vellet· signans se signo crucis ait· ego sum servus sanctissime trinitatis
et statim illa multitudo demonum aufugit· 2o propter tribulationum propulsionem· Cum
enim quondam pestilentia constantinopolim opprimeret· quidam puer de medio populi raptus in
celum canticum sancte trinitatis· scilicet Sancte deus· Sancte fortis· Sancte et immortalis sal-
vator mundi miserere nobis· ab angelis edoctus est· quem cum rediens coram
populo decantasset· mox omnis pestilentia est fugata· 3o ad malorum confusionem·
Nam cum archiepiscopus obrianensis(?) symmoniacus esset· et omnes testes pecunia cor-
rupisset· quidam legatus vir sanctus ei precepit· ut versum sancte trinitatis· Gloria
patri et filio et spiritui sancto diceret· rogans deum· quod si symmoniacus esset· spiritum sanctum
nominare non possit quod et factum est· Et sic ille depositus
humiliter peccatum suum est confessus· et penitentiam egit· hanc trinitatem debemus invocare(?)
dicit apostolus· benedicat nos deus deus noster· benedicat nos deus· et metuant eum
omnes fines terre· sed hoc quod dicit ter deus· ostendit personarum trinitatem· sed hoc quod semel
concipit dicit eum· ostendit essentie unitatem· Credamus ergo firmiter hanc trinitatem
personarum et essentie unitatem· ut hic habeamus gratiam et in futuro gloriam· Amen –

In festo corporis christi –

Caro mea vere est cibus· et sanguis meus vere est potus· Jo· 6· Non loquitur
de manducatione corporali sed spirituali· sicut dicit Augustinus libro de remedio penitentie· ut habetur
de consecratione d· 2· Ut quid paras dentem et ventrem· Crede et manducasti· Credere
enim in eum hoc est panem vivum manducare· qui credit in eum manducat eum· hec ille·
Christus ergo non manducatur corporaliter ad refectionem vite corporalis· sed spiritualis·
quod patet· Nam cum dominus dixisset· Nisi manducaveritis carnem filii hominis etc· multi
ex discipulis eius murmurantes dixerunt· durus est hic sermo· quibus ipse dixit· Spiritus
est qui vivificat· caro autem non prodest quicquam· quod dicit secundum expositionem Augustini super
ps· 4· Spiritualiter intelligite quod locutus sum· non hoc corpus quod videtis manduca-
turi estis et bibituri illum sanguinem quem fusuri sunt qui me crucifigent·
Sacramentum aliquod vobis commendavi quod spiritualiter intellectum vivificabit vos· non enim
erat manducandum in ea specie qua ab eis videbatur· sed spiritualiter· Nam sacramenta

cecitie ordinatur ad subveniendum homini in vita spirituali. Vita autem spiritualis vite
cordis conformatur, eo quod cordis spiritualem similitudinem gerit. Manifestum est
autem quod sicut ad vitam corporalem requiritur generatio per quam homo vitam accipit et
augmentum quo homo perficitur ad virilem [illegible]. Ita et requiritur alimentum quo homo conse
rvatur in vita. Et ideo sic ad vitam spiritualem oportuit esse baptismum quod est spiritualis
regeneratio et confirmationem que est spirituale augmentum. Ita oportuit esse sacramentum
eucharistie quod est spirituale alimentum. Ordinatur etiam ad spiritualem refectionem que cordi
conformatur. Ad cordis autem refectionem duo requiruntur scilicet cibus qui est alimen
tum siccum. et potus qui est alimentum humidum. Et ideo et ad integritatem
huius sacramenti duo concurrunt scilicet spiritualis cibus ad salutem corporis. et spiritualis potus
ad salutem anime. propter quod dicitur. Caro mea vere est cibus.

Panis Angelorum. Pastorum. Philosophorum.

Primo caro Christi vere est cibus angelorum. Nam quantum ad effectum
huius sacramenti manna fuit precipua eius figura quantum ad sex.
Primo manna erat valde mirabilis. quia in radio solis lique
fiebat. et ad ignem indurabatur. Sic corpus Christi in cordibus
vanis liquefit et evanescit. in cordibus vero ignitis per caritatem perdurat et
in eternum ducit. Et sic mali sumunt hoc sacramentum ad sui dampnationem. Sed
boni ad consolationem. 2° quia descendebat manna de celo. descendebat simul
et ros celi. Sic quia corpus Christi sumitur a dignis confertur eis sol et gratia dei. et
virtutes. immo eas auget cum invenit. 3° manna erat alba. et ad modum
nivis erat candida. Sic communicans debet habere cor purum et mundum. 4°
manna habebat in se omne delectamentum cibi terrestris. sic eucharistia habet in se
delectamentum cibi celestis. quod non sentitur in masticatione cibi. sed in celestibus me
ditationibus et contemplatione celestium secundum elevationem mentis per gratiam. 5° gustus
manne convertebatur in omnem saporem ut quilibet desiderabat. Sic dulcedini
huius sacramenti nullus sapor assimilatur. quia si quis perfecte gustaret eius dulcedinem
reputaret delectationes huius mundi absynthium. Exemplum. petrus in monte thabor gu
stans de hac dulcedine dixit Christo. domine bonum est nos hic esse etc. Unde gregorius. gu
stato spiritu desipit omnis caro. 6°. Moyses precepit populo. ut mane ante
solis ortum exiret. et singuli pro illo die unum gomor colligerent. Sed mi
raculo dei [illegible] qui plus collegerat quam redibat ad propria. non invenie
bat plus quam unum gomor. qui autem non plenum gomor collegerat. quam redi
bat ad propria plenum gomor inveniebat. Sic communicans qui plures hostias
sumit. non habet plus quam ille qui unam tantum sumit. Similiter ille qui accepit parti
culam hostie non minus habet quam ille qui integram ut plures suscipit. Recte ergo
manna que significabat corpus Christi dicitur cibus angelorum. quia formabatur in celo
ministerio eorum. ps. Panem celi dedit eis. panem angelorum manducavit homo
glossa. id est. corpus Christi quod vere est cibus angelorum.

2°. Caro Christi vere est cibus pastorum. Christus enim dicitur sacerdos secundum ordinem melchisedech.
quia melch. gessit figuram sacerdotii Christi. offerens panem et vinum. Unde quantum ad id
quod est sacramentum tantum. potissima figura huius sacramenti fuit oblatio melch. qui obtulit
panem et vinum. Et hoc satis rationabiliter. quia per hoc sacramentum continetur similitudo proprie
quo ad [illegible]. 3° quia celebratur in materia triticea. quam suavitas nove
legis figurat. Nam panis ordaceus quem Christus panit turbas in monte
ut dicitur Jo. 6. significat duritiam veteris legis. tum propter duritiam panis. tum quia
et ut Aug. dicit libro 83. q. ordei medulla que tenacissima palea tegitur
ut ipsam legem significat que ita data erat ut in ea vitale anime alimentum corporalibus
sacramentis obtegeretur. ut ipsum populum nondum expoliatum carnali desiderio. quod
tanquam palea corde eius inherebat. hoc autem sacramentum pertinet ad suavem [illegible]
Christi. et ad veritatem in manifestum et ad populum spiritualem. Unde materia conveniens
huius sacramenti est panis triticeus. quia in hoc sacramento consecratur Christus qui se grano frumenti
comparat. Jo. 12. Nisi granum frumenti cadens in terram etc. et Christus credit in hoc panis
ipse hoc sacramentum instituisse. ps. panis cor hominis confirmet. 2°. in dispositione azi
ma. quia sinceritatis populum devovetur. Nam confectus de pane azimo
conficere rationabiliter est. tum propter institutionem Christi qui hoc sacramentum instituit prima die
azimorum ut habetur mt. 26. et mr. 14. et luc. 22. tum quia panis est proprie
sacramentum corporis Christi. quod sine corruptione est conceptum. tum quia hoc competit magis
sinceritati fidelium que requiritur ad usum huius sacramenti. secundum illud i. cor. 5. pascha nostrum
immolatus est Christus. itaque epulemur in azimis sinceritatis et veritatis. 3°. in
commixtione vini cum aqua. per quam coniunctio capitis et membrorum consideratur.
Nam sicut deus comparavit se grano frumenti. ita et se comparavit viti. dicens Jo. 16.
ego sum vitis vera. et ideo de solo vino vitis potest confici hoc sacramentum. tum propter institu
tionem Christi qui in vino de vite hoc sacramentum instituit ut patet ex eo quod ipse dicit. luc.
22. circa institutionem huius sacramenti. dico enim vobis quia amodo non bibam de hoc genimine
vitis. tum quia vinum vitis competit ad effectum huius sacramenti. qui est spiritualis leticia. quia
scriptum est in ps. vinum letificat cor hominis. vino autem quod conficitur in hoc sacramento debet
aqua commisceri. quia ambrosius dicit. ut habetur de conse. d. 2. Sic sacrificium Christi significatum
est per oblationem melch. qui obtulit panem et vinum. ita et significatum est per aquam
que in heremo fluxit de petra. secundum illud. i. cor. 10. bibebant autem de spirituali conse
quente eos petra. miscetur autem aqua vino. tum propter institutionem Christi qui hoc sacramentum instituit
in vino aqua permixto. prov. 9. bibite vinum quod miscui vobis. tum quia convenit
representationi dominice passionis. Unde dicit Alexander papa. et habetur de conse. d. 2.
Non debet in calice domini aut vinum solum aut aqua sola offerri. sed utrumque permixtum
quia utrumque ex latere Christi in passione sua legitur profluxisse. tum quia hoc competit ad significandum
[illegible] effectum huius sacramenti. qui est unio populi christiani ad Christum. quia ut Johannes apocalypsis dicit
videmus in aquis populos intelligi. in vino vero cruorem sanguinis Christi. quando ergo in calice vino
aqua miscetur Christo populus adunatur. 4°. in confectione duplicis speciei. per quam

Christi et quantas unitas designatur. Nam ut Ambrosius dicit super epistolam ad Corinthios, hoc sacramentum valet ad tuitionem corporis et anime. Unde caro Christi sub specie panis pro salute corporis, sanguis vero sub specie vini pro salute anime offertur. Sic dicit glossa … quod … cum sanguine … Similiter ad representandum effectum totius ecclesie que constituitur ex diversis fidelibus. Sicut panis conficitur ex diversis granis et vinum fluit ex diversis uvis, ut dicit glossa super illud 1 Cor. 10: Multi unum corpus sumus etc. Augustinus dicit super Johannem: Caro mea vere est cibus. Dominus noster corpus et sanguinem suum in eis rebus commendavit que ad unum aliquid rediguntur ex multis. Namque aliud scilicet panis ex multis granis in unum constat, aliud scilicet vinum ex multis racemis confluit. Et ut habetur de consecratione d. 2. Unde Augustinus dicit: O sacramentum pietatis, o signum unitatis, o vinculum caritatis. Iste est panis … ministro sumunt et contemplatione devote propter effectus quos perquire in alio loco.

Debet autem homo ad hoc sacramentum suscipiendum se preparare quadrupliciter. Primo cum fecunda sanctitate. Nam reverentia huius sacramenti habet amorem timori coniunctum, timor reverentie ad deum est timor filialis. Ex amore enim provocatur desiderium sumendi, ex timore autem consurgit humilitas reverendi, ut scilicet devote et reverenter sumatur. Augustinus: Accipe quotidie quod quotidie tibi prosit. Sic vive ut quotidie merearis accipere. Secundo cum consumpta tepiditate, scilicet ut purgetur ab omni peccato. Unde Damascenus libro 4 dicit: Ignis eius qui est in nobis a desiderio assumimus ea que ex carbone, id est hoc sacramento, ignitionem comburet nostra peccata et illuminabit nostra corda, ut participatione divini ignis igniamur et deificemur. Tertio cum contritionis alacritate. Ambrosius: Contritio namque cordis … et que lacrimarum fonte, contritio reverentie et timore, contritio cordis et … puritate … sacramentum celebrari, ubi caro tua in veritate sumitur, ubi sanguis tuus in veritate bibitur, ubi summis yma iunguntur, ubi … presentia angelorum, ubi tu es sacerdos et sacrificium mirabiliter et ineffabiliter. Unde Gregorius in omelia paschali, et habetur de consecratione d. 2 c. Quid sit, dicit sic: Quis enim fidelium habere dubium possit in ipsa ymmolationis hora ad sacerdotis vocem celos aperiri, in illo Jhesu Christi misterio choros angelorum adesse, summa ymis sociari, terrena celestibus coniungi, unum quid ex visibilibus atque invisibilibus fieri. Hec ille. Quarto cum fidei puritate credens fieri hoc esse verum corpus et sanguinem Christi. Augustinus contra Felicianum: ut hec fides credat, intelligentia non exquirat, ne aut non inventum putet incredibile, aut inventum non credat singulare, quod potentia creatoris hoc non potest, sed solummodo creatoris. Unde Eusebius: Invisibilis sacerdos visibiles creaturas verbo suo secreta potestate commutat etc. Alexander papa, et habetur de consecratione d. 2 c. Nichil in sacrificiis: Nichil in sacrificiis maius esse potest quam corpus et sanguis Christi, nec ulla oblatio hac potior est, sed hec omnes excellit, que pura conscientia domino offerenda est et pura mente sumenda atque ab omnibus veneranda. Et sicut potior est ceteris, ita potius excoli et venerari debet. Hec ille. Si enim miraculose corpus Christi in altari sub specie carnis appareat aut sanguinis, non est sumendum. Dicit enim Thomas super … De hac … hostia que … Christi … mirabile fit de illa non quando Christus in ara crucis obtulit … Concluditur enim quod hoc miraculum ad veritatem fidei comprobandam. Exemplum.

Sacerdos quidam veniens Bolsenam oppidum non longe distans ab urbe veteri, in qua civitate Urbanus papa quartus cum curia residebat, dum celebraret missam et verba consecrationis dubius protulisset, visibiliter vidit hostiam in forma … et sanguine … conspiceret cum corporali apparuit forma … in singulis partibus corporalis. Cumque se non celare valeret, cunctis e populo assistentibus miraculum patefecit. Et ut populus cognovit, subito pervenit urbe veteri … romano pontifici mirabiliter hoc sacramentum … Stupefacta autem curia per summum pontificem celebratum est … quod festum corporis Christi per universam ecclesiam celebraretur. Imposuitque sancto Thome de Aquino ordinis predicatorum ut officium de corpore Christi conficeret secundum usum … quod et fecit. … in ecclesia Bolsene depictum est miraculum sacerdotis celebrantis. Postea depictus est sanctus Thomas sedens in cathedra coram curia hoc sacramenti officium dictans. Ultimo depictus est crucifixus alloquens sanctum Thomam coram eo genuflexum et dicens: Bene scripsisti de me Thoma etc. … ecclesia hoc festum celebrat etc. … Corpus Christi egrotis est medicina, peregrinantibus dieta, debiles confortat, valentes delectat, languorem sanat, sanitatem servat. Fit homo mansuetior ad correptionem, patientior ad laborem, sagacior ad cautelam, fortior ad … ad obviam promptior, ad gratiarum actionem devotior. Hec ille.
3. Caro Christi vere est cibus philosophorum, requirere alibi etc.

In festo apostolorum Philippi et Jacobi.

Philippe qui videt me videt et patrem. Jo. 14. Gregorius libro 4 dyalogorum dicit sic: Quid est quod non videat qui videntem omnia videt? Super quo thema moveo questionem: Utrum beati apostoli Philippus et Jacobus videntes trinitatem eternam consequantur sine beatitudinis sufficientiam. Ad istam questionem respondent quatuor doctores, duo veteris testamenti et duo novi. Primus est Moyses Exo. 3. Cum dixit … vere … omne bonum. Secundus est Ysaias 60: Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, neque splendor lune illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucem sempiternam et deus in gloriam tuam. Tertius est Paulus 1 Cor. 13: Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. Quartus est Jo. Apoc. 22: Civitas illa scilicet dei … non eget sole neque luna, nam claritas dei illuminabit illam. Psalmus: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Et … Ysaie 33: Oculi tui videbunt Jerusalem civitatem et habitationem opulentam etc. Apoc. 3: Qui vicerit faciam illum columpnam in templo dei mei et foras non egredietur amplius. Hec autem beatitudo est … Primo quia desiderium beati non frustratur. Sicut enim naturaliter … desiderat felicitatis perpetuitatem. Psalmus: Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum. Secundo quia voluntas beati non … Omne enim quod cum amore possidetur, si scitur illud amitti, timorem infert. Sed illa beatitudo maximo amore possidetur. Psalmus: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Ergo non potest amitti. Ad hanc beatitudinem requiritur rectitudo voluntatis, qua amat quicquid amat sub ordine ad deum, de qua dicitur Mt. 5: Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. De qua beatitudine dicit … Philippe qui videt me videt et patrem.

Veritate religionis.
Dignitate glorificationis.
Studiositate predicationis.

Acerbitate passionis.
Sublimitate honorationis.

Primo: Philippe qui videt me videt et patrem. Veritate religionis: videt et patrem.

fulgarite vocatois. Decey qz scitas bti philipi appet ex quatuor si
gis. p° dum̃e ꝯspiratoi obedieȝ uoluit. i. mache 6. vocauit philippuȝ
vnu de amicis suis. et ꝑposuit eu sup regnum suu. z dedit ei dyadema z stolla
z anulu. Cu ei xpo dixit ei. Sequere me. ꝓtinus secutꝰ e eu. ut hz. Jo. 10
Vult ꝑpizat. Et ex Vtute exterioris doctrine. Et ex bona dispone hois
ꝯstitutois. 2°. ꝑimaȝ coluit ꝑ choraȝ°. fuit ei vnꝰ d ꝑimis disciplis q ad xm
ꝯusi sut. ꝑimꝰ fuit Andreas. 2°. fuit petrꝰ. 3°. philipus. Jo. i. Erat aut
philipus a bethsayda ciuitate andree z pet. Eius ei ꝑima fuit huiꝰ. qui
no ꝑcessit. s3 secutꝰ e xm ad vnu iussionis voce. fuit ei facilis. qz oia ꝑpalia
ꝯtempsit. Nam relictis oibꝫ secutꝰ e eu. fuit et vtilis qz labores z afflictões
patient sustinuit. ysi. Que in vite fine ꝑima diligent excogitat. mala oia
vite ꝑnti equanimiter portat. 3°. diua recepta fideli ꝑxio ꝯmitar°. Jo. i. Inuenit
philipus Natanael z dixit ei. Quem scripsit moyses i lege z ꝑphe inuenimꝰ
yhm filiu ioseph a nazareth. et dt ei philipus. veni z vide. apoc. 22. Qui
audit dicat veni. 4°. dum̃e electoi Xatit ꝯsentiendo. qz electꝰ fuit ad gra
du aplicu ut pz. Jo. i. Scitas bti Jacob. appet et ex quatuor sigis. p°
qz fuit intus scificatus. ysaie. 44. h dt dns formãs te ab utero zel. Jheroꝰ
et ieh°. de viris illustribꝫ dt. qz Jacobus ex matris vtero scus fuit. et aple
capto orili purgatus. 2°. fuit aperto morali ꝑpetuatus. licꝫ ei ꝑpaine x tomeo
apli ꝑtinuerit mor. tn ab illa qualitate Jacobꝫ e excipiendus. tn qz
scificatu i vtero no pmt ꝑire mor. tu qz sm Jheroꝰ ut sup. ipasciene se
voto astrinxit qz no comedet, donec xm resurexisse videret. Ad qd ei se uoto
astringet. se d x resurrectione fide no habet. vnde. i. cor. 15. Deinde visus e Jacobo.
3°. i virgitate vitis z moris fuit ꝯfirmatꝰ. Nam sm Jheroꝰ ꝑpetua virgi
tate vixit. 4°. ad gradu aplatꝰ fuit sublimatꝰ. fuit ei, nomi ꝑmo aplos
vt dz. mt. 10. Cui dns reuelauit secreta celestia. luc. 8. vobis datu est
nosce regni dei. Cui et dns dedit potestateȝ miracla faciedi. ut pz. mt. x.
Et sic pz Scitas religiois vtrusqꝫ hoꝝ aploꝝ.

II°. philipe q videt me bonitate ꝯsatois. videt z pateȝ facilitate acceptiois
Decey qz bonitas bti philipi appet ex quatuor sigis. p°. qz fuit hostiarius
xpi. Jo. 12. gentiles qdi venerat ad philipu d. Dne volumꝰ yhm vide. 2°.
fuit mediator x z ꝑpli. ipe ei z andreas fuert mediatores int x z gentiles.
vt eu videnꝫ z cognoscerent. Jo. 12. 3°. fuit aduocatus cetꝰ aploꝝ. Audierat
ei apli a x° qz ascensurꝰ erat in celu. z qz missurꝰ erat eis spm sctm. sue
deciert qz videret pateȝ. et de hoc plurimꝰ mirabatur. nullꝰ tn fuit ausus eu
interogare. philipus aut tanqꝫ omꝰ aduocatus petiuit. d. dne ostende nobis
patreȝ z sufficit nobis. i hoc ei vtrisqꝫ philipus e valde ꝯmendabilis. qz int
aplos qda petierat scilicet potestate. ut Jacobꝫ z Johnes. mt. 20. dic ut se
deant hij duo filij mei zel. quida futura scire. mt. 24. dic nobis qn hoc
erit. quida inimicoꝝ vindictam. vt Jacobꝫ z Jo. luc. 9. vis. dicimꝰ ut

ut descedat ignis de celo z ꝯsumat illos. Qdam visione pateria ut philipus.
q erat i patria. q e lucida. ꝑfecta. z suauissima. ysaie. 51. gaudiu z leti
tia obtinebut et fugiet dolor z gemitꝰ. et in xo sibi sua secreta reuelauit.
d. philipe q videt me videt z pateȝ. sapie. 7. In nacs sctas se transfert. amicos
dei z ꝑphas ꝯstituit. In aiaȝ sctam se transtulit. qn gratiaȝ sibi infudit. amicu
ipm ꝯstituit. qn sibi sua secreta reuelauit. ꝑphas ꝯstituit qn filialis suis
ipm ꝯstituit. qn sibi sua secreta reuelauit. ꝑphas ꝯstituit qn filialis suis
ꝑpm ꝑphie dedit. Et ipe et fuit i aductu ꝑpo sctis sup aplos. 4°. fuit pro
curator totiꝰ collegij. de turba ei pascenda ꝯsulto xꝰ ꝯsulit, in ꝯ discipulo suo
philipo. d. vnde ememꝰ panes ut manducent hij. Jo. 6. Ex quo vz qz i colle°
x erat dispensator. luc. 12. Quis putas e fidelis dispesator z prudens. ipe
ei fuit fidelis. qz bona d' sui fideli custodiuit. fuit dispensator. qz ea sibi
no retinuit, s3 ꝑplo distribuit. fuit prudens. qz bona d' sui augere sciuit.

Dignitas ꝯsatois bti Jacobi appet ex quatuor. p° qz fuit mire au
steritatis z abstinentie quo ad seipm. dicit ei Jheroꝰ de viris illustribꝫ. vinu z
siceram no bibit. carnes nuqꝫ comedit. oleo no e vnctus. balneis no
e vsus. 2°. fuit mire deuotionis z gratie quo ad deu. qz totiens i orone
genua flectebat. ut callos i genibꝫ sic i calcaneis haberet. hnc. vnde dicit
Jheroꝰ de viris illustribꝫ. qz fixis genibꝫ ꝑ ꝑplo depcabatur. i tm qz callos
duritia traxisse eiꝰ genua viderentur. 3°. fuit mire reuerentie quo ad pxim.
qz apli ipm i magna reuerentia habuerunt. cu eu i epm Jherosolis elegerunt
Et sicut dt anacletꝰ ꝑpa. petꝰ z Jo. ipm ordinauit z ꝯsecrauerunt. hic
ꝑimꝰ int aplos missam celebrauit hierosolis. vnde dz de ꝯse. d. i. Jacobꝫ
fr dnj. cu ꝑimꝰ crederet e hierosolimitane eccles, tradidit nobis misse
celebrationem. hic solus int aplos ꝑp nimia scitate sua ꝑmittebatur in
scta sctoꝝ intrare. no qdi ymolatois cã. s3 orois. ut dicit egesipus.
4°. fuit mire Vtutis z efficatie. qz ut dt Jheroꝰ ut sup. Tante reue
rentie z scitatis i ꝑplo extitit. ut fimbria vestimti eiꝰ certati tangere
cupient. vnde et fr dnj dicebatur. tu ꝑp similitudinem facie. vnde cum
Judei ad capiendum xm ꝑgerent, a iuda q xpm a iacobo tanqꝫ eiꝰ facie
ꝯs optime discernebat. sigm osculi acceperut. hoc et testatur Jgnatius.
i epla ad Jo. euuaglistam. d. Si licitu e m ap te hierosolime ꝑpetrare
volo ascedere ut videa illu venerabile Jacobu q cognoiatur iustus. que referut
xpo yhu simillimu. facie vita. z mo ꝯsatois. ac si eiusdem vtri fr esset
gemellus. que dicut si video. video et ipm yhm. sm oia eiꝰ corporis linia
menta. tn ꝑp cognatione. qz mr sua fuit soror matris x. et pr eius
s. cleophas fuit fr Joseph. q fuit pr x putatiuus —

3°. philipe q videt me studiositate ꝑdicatois. videt z pateȝ familia
ritate subuetois. vnde dz cant. 8. lampades eiꝰ lampades ignis atqꝫ
flammaꝝ. Sic ei i teplo accenduntur lampades materiales ad illuminatione tepli.

sic in uideo accenduntur lampades spirituales .i. apostoli ad illuminationem mundi. Nam phi-
lippus interpretatur os lampadis. in ore enim lampadis ardet ignis a quo diffunditur lumen. et
Jacobus dicitur lampas. Ambo fuerunt lampades ignee quibus accendimur ad amorem
dei. et flamme quibus illuminamur ad cognitionem fidei. Philippus enim gentilibus
eciam christum predicauit per 20 annos discurrens per Scithiam, et ecclesias construens et presbyteros
ordinans. Iacobus uero per unum annum ibidem predicauit. Ubi quatuor miracula fecit. Primo
draconem expulit. Nam cum quidam draco qui erat sub statua martis exisset
et filium pontificis et duos tribunos cum pluribus occidisset. Iussu beati philippi
locum desertum descendit. ultraque omnino nocuit. Secundo ydolum martis confringi iussit
et loco eius crucem christi erexit. quam omnes deuote adorauerunt et fideliter. Tercio omnes
morbidos flatu draconis perfecte sanauit. et illos tres mortuos uite restitutos
recepit. quod omnes crediderunt in christum et baptizati sunt. Quarto heresim hebyonitarum qui
carnem christi fantasticam dogmatizabat extirpauit. Erat autem illi due filie sacra-
tissime virgines. per quas deus multas virgines ad fidem christi conuertit. Beatus autem iacobus
predicauit iudeis fidem christi. Unde dicitur iustus quadrupliciter. Primo quia iusticiam fidei
quam hic iustificatur in corde habuit. ad Ro. 5. Iustificati igitur ex fide pacem habeamus
ad deum. Et sic dicitur iustus qui iusticiam tenes. eccl. 15. Qui continens est iusticie
apprehendet eam. Secundo quia iusticiam ore predicauit. ps. Annunciauerunt celi iusticiam eius.
Nam 7o anno episcopatus sui conuenientibus apostolis Jherosolimis ad diem pasce. Jacobus
predicauit illis septem diebus pasce in templo coram Cayphe et aliis iudeis. et sic
dicitur iustus qui iusticiam tonas. ps. Pronunciauerunt(?) [illegible] Tercio quia iusticiam operibus
ostendit. sicut iudei de ipso testificati sunt dicentes. de te tu nos quia omnis populus
testimonium ferimus quia iustus es. et personam nullius accipis. et sic dicitur iustus qui iusticiam
tenes. Quarto quia iusticiam fidei usque ad mortem defendit. eccl. 4. pro iusticia
agonizare pro anima tua usque ad mortem. Unde 30 anno episcopatus sui conuenientibus
iudeis in die pasce Jherosolimis. predicans de yhesu clamauit uoce magna dicens
Christus yhesus quem uos occidistis suspendentes in ligno. ecce ipse sedet in celis a
dextris summe virtutis dei. Venturus iudicare uiuos et mortuos. et sic dicitur
iustus qui iusticiam tutatus. quia christianos tutatus est asserens eos de premio in-
structe fidei etc —

Item phi. quidam uidit(?) me acerbitatem passionis uidet et premium affabilitatem conso-
lationis. Sapiencie 5. Stabunt iusti in magna constancia etc. Nam quidam sunt qui penas
fugiunt. ps. In labore hominum non sunt. Iste autem apostolus pro christo pati elegit. ps. propter
te mortificamur tota die. Quidam sunt qui et si penas susceperunt. impaciencier eas por-
tauerunt. sunt enim sicut rota plaustri quia omnis portat et tamen remurmurat. eccl. 32.
Precordia fatui quasi rota plaustri. Iste autem apostolus in penis gloriabatur. Ro. 5.
gloriamur in tribulationibus. scientes quod tribulatio pacienciam operatur. Quidam sunt
et si eas pacienter portant, non tamen perseuerant. Iste autem apostolus usque ad mortem perse-
uerauit. 2 cor. 4. In omnibus tribulationem patimur sed non angustiamur. perse-
cutionem patimur sed non derelinquimur. Semper mortificationem yhesu in corpore nostro

circumferentes ut et uita yhesu in corporibus nostris manifestetur. De passione beati phi-
lippi. Ysidorus li. de uita et obitu sanctorum. Philippus gentilibus predicat christum. barbarasque gentes
uicinasque tenebras. mari oceano coniunctas. ad scientie lumine fideique portum ducit.
Deinde in Jerapoli frigie prouincie urbe crucifixus lapidatusque obiit. simulque
cum filiabus suis ibi requiescit. hec ille. De passione beati Jacobi refert Egesippus
apostolorum contemporaneus. li. de ecclesiastica historia. quod fuit de pinnaculo templi precipi-
tatus. deinde lapidatus. cum pertica fullonis excerebratus. Ipse super genibus orabat
pro persecutoribus dicens. rogo domine. dimitte eis. quia nesciunt quid faciunt. fullo purgator pannorum

In festo inuentionis sancte crucis.

Inuentum est scandalum crucis christi. Ad gal. 5. Crisostomus in omel. de cruce. dicit.
Crux nobis totius beatitudinis causa est. hec nos a cecitate liberauit erroris. hec
a tenebris reduxit ad lucem. hec debellatos quieti sociauit. hec alienatos
deo coniunxit. longe constitutos proximos fecit. peregrinos ciues effecit.
hec discordie amputatrix est. hec pacis firmamentum. hec bonorum omnium abun-
dans largitio. hec paradisum preclusum nobis aperuit. Super quo [illegible]
[illegible] Ut crucis christi scandalum digne euitaretur. si adoratione latrie ado-
retur. Ad istam quorum [illegible] dico. nouum testamentum. Primum est damascenus.
li. 2 c. 3. dicit sic. Omnibus mirabilibus mirabilior est crux. per nullum enim aliud
mors euacuata est. primi parentis peccatum solutum est. infernus spoliatus est. resur-
rectio donata est. Virtus nobis ad contemplandum presentia et [illegible] morte [illegible]
ad pristinam beatitudinem reuersio data est. porte paradisi aperte sunt. natura nostra in dextris
dei sedet. Filii dei coheredes per eam facti sumus. per ipsam post dei nobis manifesta
festa est .i. victoria christi demonstrata est. Ista nobis signum in fronte data est. quemadmodum
ysraeli circumcisio. per ipsam enim fideles ab infidelibus cognoscuntur. hec galea et scutum
et tropheum aduersus dyabolum. hoc signum ut non appropinquet nobis ultor uastator. hec
dormientium resurrectio. infirmorum baculus. pastorum uirga. conuersorum manuductio
perfectorum perfectio. salus anime et corporis. omnium malorum auersio. omnium bonorum datrix
peccati interemptio. arbor resurrectionis. lignum uite eterne. Proinde ipsum lignum ut sanctificatum
contactu sancti corporis et sanguinis decet adorari. hec ille. Secundus est sanctus tho. 3 p. q. 25.
ar. 4. d. sic. honor seu reuerencia non debetur nisi rationali creature. Creature
autem insensibili non debetur honor uel reuerencia nisi ratione nature rationalis. Et hoc dupliciter.
Uno modo in quantum representat naturam rationalem. Alio modo in quantum ei quocumque modo coniungitur. Primo modo
consueuerunt homines uenerari regis ymaginem. Secundo eius uestimentum. Utrumque autem
ueneratur homines eadem ueneratione qua ueneratur et regem. Si ergo loquimur de
ipsa cruce in qua christus crucifixus est. Utroque modo a nobis est ueneranda. Uno modo
in quantum representat nobis figuram christi extensi in ea. Alio modo ex contactu ad membra christi
et ex hoc quod eius sanguine est perfusa. Unde utroque modo adoratur eadem adoratione
cum christo .s. adoratione latrie. et propter hoc et crucem alloquimur et deprecamur. quasi ipsum crucifixum. Cantat enim ecclesia. O crux aue spes unica, hoc passionis tempore. auge
piis iusticiam. reisque dona ueniam. Si uero loquamur de effigie crucis christi.

i quacumque alia materia, puta lapidis vel ligni, auri vel argenti. Sic veneramur crucem
tamquam ymaginem Christi qua veneramur adoratione latrie. Hec Tho. Tercio quia per crucem
Christus multis scandalizatur, audientes Iudei quod in Christo fuerit [illegible] pariter eius. Primo in incarna-
tione, quia in illa deus et homo venit, in ista deus et homo moritur etc. Secundo in educatione
quia in nativitate nascitur in stabulo, in ista moritur in calvarie loco etc. Tercio in circumcisi-
one, quia in illa secundum legem circumciditur, in ista sanguis undique cruentatur et cetera
etc. Quarto in glorificatione, quia in illa a sancto Johanne [illegible] baptizatur, in ista a synagoga cruci-
figitur etc. Ecce enim crux Christi [illegible] ad perdendam vitam Christi scandalizavit plures,
non autem [illegible] ad redemptionem et salutem totius universi. Hoc est ad maiorem dignitatem hominis pertinet
ut sic homo victus fuerat et deceptus a dyabolo, ita et homo esset qui dyabolum vinceret. Et sic homo
morte meruit, ita homo moriens mortem superaret. Unde i Cor. 15. Deo gratias qui dedit
nobis victoriam per Ihesum Christum. Et i Cor. i. Verbum crucis pereuntibus quidem stultitia est. his autem
qui salvi fiunt, id est nobis dei virtus est. Ergo evacuatum est scandalum crucis Christi.

Hominis formatione. — Primo hominis formatione qui extenso corpore brachiis gerit similitudinem crucis.
Figurarum visitatione. — Secundo in figurarum visitatione. Nam misterium crucis fuit fi-
Peccatorum reconciliatione. — guratum primo in ligno scientie boni et mali. quia hoc genus mortis
Corporis glorificatione. — maxime conveniens erat satisfactioni pro peccato primi parentis

qui fuit ex eo quod contra mandatum dei pomum ligni vetiti sumpsit. Et ideo conveniens fuit
quod Christus ad satisfactionem pro peccato illo suspensus pateretur in ligno affixus, quasi restituens quod Adam
subtraxerat. Psalmus. Que non rapui tunc exsolvebam. Unde Aug. dicit in quodam sermone de passione.
Contempsit Adam preceptum accipiens ex arbore pomum. sed quicquid Adam perdidit Christus invenit
in cruce. Secundo in archa Noe. Ut enim Aug. dicit [illegible] de passione. Sicut de diluvio aquarum
humanum genus archa lignea liberavit. sic crux Christi a diluvio pene infernalis. Tercio
in virga Moysi. Nam Moyses mare divisit virga. et Pharaonem prostravit. et populum
dei redemit. Quarto in extensione manuum Moysi contra virgam ad subversionem Amalech.
Nam ut Amalech vinceretur contra virgam Moyses expansis manibus extendit. Quinto in
archa testamenti. quia lex dei archa credere testi. in qua erat recondita. Sexto in altari
holocaustorum quod erat factum de lignis. in quo in sacrificia alium offerebat. ut habetur
Exo. 26. Septimo in palo serpentis. Jo. 3. Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto.
ita exaltari oportet filium hominis etc. Super quo verbo Crisostomus dicit. Exaltari audiens
suspensionem intelligas in alto ut sanctificaret aerem qui sanctificaverat terra ambulans in ea.
Octavo in virga lignea quam Moyses in aquam misit, et amara aqua in dulcedinem
conversa est et ex lignea virga de spirituali petra salutaris unda profluxit.
Nono in Jacob qui cancellatis manibus in modum crucis benedixit filios Joseph. Decimo in
Ysaac. qui portavit ligna pro sua ymolatione. Undecimo in manna quod suspensus
in cruce. Hester 6. Duodecimo in signo Thau. Ut habetur Exo. 7 [illegible].
Tercio evacuatum est scandalum in peccatorum remissione. seu reconciliatione. ad Col. i. c.
pacificans per sanguinem crucis eius. sive que in celis. sive que in terris sunt. Item Zach. 9.
Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos etc. Crisostomus dicit. quod Christus in cruce ex-
pansis manibus moritur ut altera manu veterem populum. altera eos qui ex gentibus
sunt trahat.
Quarto evacuatum est scandalum crucis Christi corporis glorificatione. ligatur autem crucis Christi.

licet diu sub terra latuerit. tamen hoc clarum splenduit per multa. Primo quia regina Sabba
illud predixit. Secundo quia Christus suo cruore decoravit. Tercio quia Constantino in celo ostensum fuit.
Quarto quia Helena mater sua illud reperiens ornavit. Quinto quia reptor per martyrium pal-
mam triumphavit. Sexto quia fideles per hoc signum dyabolum confregerunt. hec omnia patent in
legenda huius diei. Et sic patet quomodo per ductionem crucis Christi evacuatum est scandalum eius,
hic per gratiam. tandem per gloriam. Amen.

De nativitate sancti Johannis baptiste

Quis putas puer iste erit. Luc. i. Et de eius partus solempnitate Beatus Aug.
sermone 12 de nativitate sancti Jo. b. dicit sic. Sancti Jo. b. natale hodie celebramus.
que prius re propositum occurrit quod non pretereundum. quia natale quo est ortus ex utero
Jo. potius celebramus quam cuiuslibet apostoli vel martyris vel patriarche vel prophete. si interroga-
mus quid respondebimus. quantum in vero quamvis mearum virium mediocritate occurrit. Hec ille.
Discipuli domini nati et per etatis accessum ad annos capaciores perducti in discipu-
latum assumpti sunt. et illorum fides postea domino adhesit. sed nullus eorum nativitas domino mi-
litavit. recordemur prophetas, recolamus patriarchas, nati sunt ut homines etatis accessu
impleti spiritu sancto prophetaverunt Christum. nati sunt ut postea prophetarent. Johannes autem dominum Christum
ipsa nativitate sua prophetavit. quem conceptum ex utero salutavit. Hec ille. Et Leo ho-
mel. 89 dicit sic. Denique quia in magno sacro natus est Jo. ipsius solius iuste ecclesia
natale diem celebrat. et natale domini celebratur. sed tamen domini dicte in alium sanctum
post Jo. ut patriarchas et apostolos cuius natale diem celebrat ecclesia Christi. passionum dies
pluris sanctis celebramus. nativitatem diei nemini nisi Johanni. Hec ille. Tercio quia prenunciati
in veteri testamento antequam nati fuerunt septem. primus fuit Ysaac. Gen. 17. dixit angelus ad
Habraam. Qui egredietur de utero tuo ipsum habebis heredem. Secundus fuit Ysmael. Unde Gen.
17 dixit angelus domini ad Agar. Concepisti et paries filium vocabisque nomen eius Ysmael.
Tercius fuit Sampson. Unde Judic. 13. Angelus domini apparuit uxori Manue et dixit ad eam.
sterilis es et absque liberis. sed concipies et paries filium vocabisque nomen eius Sampson. Quartus
fuit Josias. 3 Re. 13. Vir dei propheta [illegible] venit de Iuda in sermone domini in Bethel. et ex-
clamat contra altare et ait. Altare altare. Hec dicit dominus. Ecce filius nascetur domui
David Josias nomine. Quintus fuit Cyrus. Ysaie 45. Hec dicit dominus christo meo Cyro cuius apprehen-
di dexteram. Sextus fuit Agag. Unde Num. 24 dixit Balaam. Extolletur propter Agag rex eius
et auferetur regnum eius. Septimus fuit Jeremias. Jere. i. dicit dominus. priusquam te formarem in utero
novi te etc. Quare autem fuerunt prenunciati duo est. quia in veteri testamento nulli fuerunt prenunciati
nisi vel quia fuerunt promotores salutis [illegible] aut quia specialem removerunt impedimentum. Nam
Ysmael prenunciatur quia fuit persecutor Ysaac in quo persecutore magis claruit virtus Ysaac.
et in hoc fuit Ysaac salvatoris figura. Sampson prenunciatur quia nomine et actu fuit sal-
vatoris figura. Josias religione et opere pretendit salvatorem. Cyrus fuit liberator populi
a babilonica captivitate. Agag fuit cum translatus regis Saul in quo significabat
regni veteris in regnum Christi translationem. Jeremias autem prefiguravit sanctificationem per Christum fiendam
i. per eius passionem sicut dicitur ad Hebr. ultimo. Ihesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum extra
portam passus est. quam quidem passionem Jeremias verbis et gestis aptissime predicavit.
et suis passionibus expressissime prefiguravit. In novo autem testamento prenunciatur Jo. Baptista
et sanctificatur in utero. Luc. i. dixit angelus Gabriel. ne timeas Zacharia. quia exaudita
est oratio tua. et Elizabeth uxor tua pariet tibi filium et vocabis nomen eius Jo. et spiritu sancto reple-
bitur adhuc ex utero matris sue. quia figurabat Christum per baptismale sanctificationem. i. Cor. 6.
sed abluti estis. sed sanctificati estis. ad quem quidem baptismum Johannes suo baptismo
homines preparavit. Et quia universi homines attendentes ad prenunciationem eius extrahebat

Illa magna et ysrl fuit. Mirabatur dicens: quid est? nativitate considerantes: Quis putas puer iste erit.

Sua annuntiatione.
Sua conceptione.
Sua generatione.
Sua religione.
Sua revelatione.
Sua predicatione.
Sua commendatione.
Sua consummatione.

Primo puer iste scilicet beatus Johannes erit gloriosus in sua annuntiatione. Cuius annuntiatio est mirifica quadruplex. Primo ex parte persone annuntiantis. Nam ab eodem angelo fuit nuntiatus quo et Christus, scilicet a Gabriele. Luce i. Apparuit autem Zacharie angelus domini stans a dextris altaris incensi et ait: Ne timeas Zacharia quoniam exaudita est oratio tua, et Helisabeth uxor tua pariet tibi filium et vocabis nomen eius Johannem. Ego enim sum Gabriel qui asto ante deum et missus sum loqui ad te et hec tibi nuntiare et evangelizare. Secundum quod Petrus Damianus dicit: Sic possumus. Vir iste quem eminet, qui inter prophetas ante predictus et ab eodem quo dominus angelo nuntiatus. Et Maximus episcopus dicit sic: Hic est cuius per angelum Gabrielem pronuntiatur nativitas nomen et merita. Secundo ex parte temporis congruentis. Nam solus pontifex intrabat in sancta sanctorum. Septimus enim mensis quod tunc erat apud iudeos solempnis, sicut et septimus dies. In principio enim die septimi mensis erat festum tubarum in memoria liberationis Ysaac, quem Abraham duxit ariete herente cornibus, quod representabat per cornua quibus buccinabatur. Erat enim festum tubarum quia quondam instructio ut prepararet se ad sequens festum quod celebrabatur die decima, et hoc erat festum expiationis in memoria illius beneficii quo deus propitiatus est peccato populi de adoratione vituli ad preces Moysi, ut habetur Numeri 29. Quo tempore facta est ista annuntiatio. Luce i. Factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis sue ante deum, secundum consuetudinem sacerdotii sorte exiit ut incensum poneret ingressus in templum domini. Et omnis multitudo erat populi orans foris hora incensi. Tertio ex parte loci excellentis. Nam ad istum locum scilicet sancta sanctorum solus pontifex intrabat. Illa enim pars templi que dicitur sancta sanctorum figurabat celum aliud quod est secretum spirituale, in qua parte solus summus sacerdos et semel in anno intrabat ut designaret quod hec est finalis perfectio hominis ut ad id solum introducatur. Ad hunc perpetuum sanctissimum locum Zacharias introierat. Luce i. Et erat plebs expectans Zachariam et mirabatur quod tardaret ipse in templo. Quarto ex parte miraculi subsequentis. Nam Zacharias quia non credidit verbis angeli factus est mutus. Considerans Zacharias suam senectutem et uxoris sterilitatem dubitare cepit et more iudeorum signum ab angelo requisivit. Angelus autem pro eo quod verbis suis non credidit ipsum taciturnitatis plaga percussit. Luce i. Et dixit Zacharias ad angelum: Unde hoc sciam? ego enim sum senex et uxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus dixit ei: Ecce eris tacens et non poteris loqui usque in diem quo hec fient pro eo quod non credidisti verbis meis que implebuntur in tempore suo. Hec punitio accidit Zacharie quadruplex. Primo quia discredens locutus est, in silentio plectitur, ut tacendo credere discat. Secundo ut maius miraculum in nativitate filii appareret. Cum enim in nativitate Johannis loquela patri redditur, miraculum miraculo cumulatur. Tertio congruum fuit ut vocem amitteret cum vox nascebatur et legi silentium imponebatur. Quarto cum ipse a deo signum peteret, ipsam taciturnitatem pro signo recepit. Et sic patet.

Secundo iste puer erat gloriosus in sua conceptione quadruplex. Primo quia deus magnis eum sanctificavit dum per miraculum fuit genitus. Unde Maximus in sermone dicit: Decebat ut de matre sterili nasceretur qui fecunditatem virginis revelabat, quod mirabile partu mirabilis natus ostenderet. Et Petrus Damianus dicit: Cum enim incredibili nativitate Johannis non mox occurrit nativitas Christi, post cum nascendi Johannis de patre sene et sterili matre nulla extitit causa alia nisi ut mirabilis natus predicit

singularis nasciturus. Hec ille. In eius signum dixit angelus ad Mariam virginem: Et ecce Helisabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senectute sua. Luce i. Secundo quia eum deus gratificavit dum a culpa originali fuit purgatus. Licet enim circumcisio auferret originale peccatum, Johannes tamen illa non indigebat, cum esset alia sorte sanctificatus in matris utero. Jere i. Antequam exires de ventre sanctificavi te. Tertio deus magnis eum sibi assimilavit dum fuit divina gratia illustratus, et hoc quantum ad divinam cognitionem. Unde Maximus episcopus ait: In isto autem beato Johanne spiritus propheticus effulsit electio, ut ante inciperet annuntiare dominum quam linguam qua annuntiare posset acciperet. Denique Helisabeth vetus illa mulier et nova mater veniente ad se beata Maria in ipso salutationis occursu ait: Ecce ex quo facta est vox salutationis tue in auribus meis exultavit in gaudio infans in utero meo. O res mira, quem tantorum novitas gaudiorum ut hec se in utero Helisabeth testaretur infante, quod nondum semetipsum sentiens divinum iam sentiret adventum. Vere puer iste omnium beatissimus parvulorum, qui intra viscera materna adhuc conclusus ad ecce salvatorem mundi clamavit, quod quem nondum sermone poterat prophetico gaudio revelavit. Nullus ignorat carissimi omnem parvulum matris ab utero procedere, et ipsa lucis exordia mestis crepare vagitibus. Solus beatus Johannes ut legimus nascendi naturam sui letitie exultatione precurrit. Hec ille. Beata virgo habuit tres filios. Unum naturalem scilicet Christum quem de suis visceribus generavit, et hec est cognatio naturalis. Alium legalem scilicet Johannem evangelistam quem ex mandato principis in filium adoptavit, quando Christus ei dixit: Mulier ecce filius tuus, et hec est cognatio legalis. Tertium spiritualem scilicet Johannem Baptistam quem per spiritum sanctum in matris utero baptizavit. Cum enim Helisabeth salutavit, mox infans in utero exultavit et spiritum sanctum recepit et ab originali peccato mundatus fuit. Et sic virtute verbi virginei baptismum spiritus sancti recepit, et beatus Johannes spiritu sancto iam repletur. Luce i. Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris sue. Sensit filium dei venire ad se et pre gaudio in matris utero tripudiavit et motu salutavit quem voce non potuit. Exultavit enim quasi gestiens salutare et dominum suum assurgere. Unde Crisostomus ait: Ideo Christus salutare fecit Helisabeth ut sermo procedens de utero matris ubi habitabat dominus per aures Helisabeth ingressus descenderet ad Johannem, ut illic eum ungeret in prophetam. Quarto deus magnis eum in gratia augmentavit dum in matris utero est letificatus. Nam gratiam obtinuit quam suis meritis nec prophetis tribuit. Unde Crisostomus ait: Quis prophetarum cum esset propheta prophetam facere potuit? Helias quidem unxit Heliseum in prophetam, non tamen illi prophetandi gratiam donavit. Iste autem in utero matris existens dominum existens sanctitatis gratiam donavit, et os illius in verbo confessionis aperuit, ut quem non videbat personam cognosceret dignitate, dicens: Unde hoc mihi ut veniat mater domini ad me. Hec ille. Et sic patet.

Tertio iste puer erat gloriosus in generatione, id est in nativitate sua ex utero, in qua fuerunt quattuor miranda. Primo matris prophetatio. Unde Ambrosius super Lucam dicit: Nomen filii per prophetam didicit quod a marito muto discere nequivit. Nam in circumcisione vocabant eum nomine patris sui Zachariam, et dixit mater eius: Nequaquam, sed vocabitur Johannes. Luce i. Secundo lingue patris reseratio, qua postulans Zacharias pugillare mox ut Johannem nomen scripsit soluta est a vinculis lingua eius. Tertio prophetalis predicatio. Nam Zacharias pater eius impletus spiritu sancto prophetavit dicens: Benedictus dominus deus Israel etc. Luce i. Quarto singularis exultatio. Nam angelus predixerat: Et multi in nativitate eius gaudebunt. Luce i. Unde Beda in omelia dicit: Genus ac diu incensi ponentes dono nobilissime plebis exultavit. Unde merito sancta per orbem ecclesia huius tantum post dominum et nativitatis diem celebrare consuevit. Quia sicut nato domino pastoribus apparens angelus ait: Ecce evangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie salvator qui est Christus dominus, ita et angelus nasciturum Zacharie predicens Johannem: Et erit gaudium tibi et exultatio et multi in nativitate eius gaudebunt. Hec ille etc.

Quarto puer iste erat gloriosus sua religione. Unde beatus Johannes Baptista merito potest dici homo

angelicos quatuor modis. Primo per gratiam gratum facientem. quam adeptus est virtute humilitatis et subiectionis quia noluit se preferre servitori cui erat tante sanctitatis ut extimaretur esse Christus. regestis ... Non sum ego Christus. Sed dixit se esse vocem. Ysaye 40. et Iohannis 3. ego vox clamantis in deserto et non equalis. cum dixit non sum helias. cum tamen spiritu et virtute fuit helie equalis. unde Christus dixit de eo Matthei 11. Et si vultis scire ipse est helias et angelus dixit. luce 1. Ipse precedet illum in spiritu et virtute helie. Nec etiam superiorem. cum dixit. Non sum propheta. cum tamen erat plus quam propheta, ut testatur de eo Christus Matthei 11. Et in hoc habuit officium seraphin per caritatis incendium. zelo enim dei velut helias succensus est.

2o. per gratiam gratis datam. quam adeptus est virtute puritatis et innocentie. Nam septennis etatis sue anno contempta mundi fugiens desertum petiit. V. 24. annis ibi heremitica vita conversus sive ad usque. Unde habuit officium cherubin per scientie plenitudinem. propter quod dicitur lucifer. Job 38. quia fuit terminus noctis ignorantie et initium lucis gratie. Habuit et officium potestatum per quas potestates ... arcentur quod non potuerint nocere sibi in sanctificatione. Angelis etiam arcebat cum ad baptismum nos disponebat. Habuit et officium virtutum per quas fiunt miracula. que ipse se exhibuit. s. locustis et mel silvestre comedens pellibus camelorum indutus etc. 3o. per ministrationem quam adeptus est virtute paupertatis et indigentie, mundum penitus abnegans. ne ... vitam sancte posset. Unde habuit officium tronorum per iudicii equitatem quia arguebat herodem Iohannes dicens. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Marci 7. Et habuit officium dominationum, que docet nos erga subditos ... Iohannes autem amabatur a subditis quia omnis Ierosolima exibat et veniebat ad eum. Matthei 3. A regibus autem timebatur. quia herodes metuebat Iohannem. sciens eum virum sanctum et iustum. Marci 7. Habuit et officium principatuum. qui docet nos superiores revereri. Et Iohannes de se dicebat. Qui de terra est de terra loquitur. De Christo autem dicebat. Qui de celo venit super omnes est. Et iterum. Qui post me venit s. nativitate ante me factus est i. prelatus in dignitate ... cuius non sum dignus corrigiam calciamenti solvere. i. sacramentum incarnationis intelligere. 4o. per illuminationem quam adeptus est virtute ... Unde habuit officium archangelorum per maiorum revelationem. sic quod revelavit sacra ... Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi. Habuit et officium angelorum per minorum annunciationem. s. spectantium ad mores. dicens. penitentiam agite. Matthei 3o etc. —

2o. puer iste erat gloriosus sua revelatione. Factum est autem verbum domini super Iohannem zach. filium in deserto. et venit in omnem regionem Iordanis predicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum. luce 3. Et ecce quod revelatio et manifestatio Iohannis fuit. quando exivit de deserto ad predicationem baptismi penitentie in remissionem peccatorum. Ille enim baptismus ut beda dicit. erat quoddam inductivum ad penitentiam, et quedam protestatio qua protestabantur homines se penitentiam acturos. Unde predicabat baptismum penitentie i. inducentem ad penitentiam. que quidem penitentia inducit homines ad remissionem peccatorum. Tota enim doctrina et operatio Iohannis erat preparatoria ad Christum. sicut ministri et inferioris artificis est preparare materiam ad formam, quam inducit principalis artifex. Gratia autem conferenda erat hominibus per Christum. Sicut in Iohannis 1. gratia et veritas per ihesum christum facta est. et in baptismo Iohannis gratiam non conferebat. Sed solum ad gratiam preparabat quadrupliciter. Primo per doctrinam Iohannis inducentem homines ad fidem Christi. Iohannes quando vidit Christum venientem ad se dixit. Ecce agnus dei etc. Iohannis 1. quem spiritu sancto revelante cognovit. Unde et discipulos suos ad Christum misit instruendos. dicens. Tu es qui venturus es an alium expectamus Matthei 11. 2o. assuefaciendo homines ad ritum baptismi. Unde Augustinus in enchiridion. et habetur de conse. di. 4.

Non regenerabatur ut renascebatur qui baptizabatur baptismo Iohannis. Sed quodam precursorio illius ministerio. qui dicebat. parate viam domino. i. Christo in quo solo renasci poterant. qui parabantur. hec ibi. Unde et Christus ex reverentia baptizare timuit. dicens. Ego a te debeo baptizari. et tu venis ad me. Et dixit ad eum. Sine modo. Unde ut Crisostomus dicit. creditur quod Christus postea baptizavit Iohannem. Certum enim est ut Ieronimus dicit. quod sicut Christus baptizatus fuit a Iohanne in aqua. ita Iohannes a Christo erat in spiritu baptizandus. 3o. per penitentiam preparans homines ad suscipiendum effectum baptismi Christi. Unde beda dicit. quod quantumcumque cathecuminis nondum baptizatis prodest doctrina fidei. tantum profuit baptismus Iohannis ante baptisma Christi. quia sicut ille predicabat penitentiam et baptismum Christi prenuntiabat et in cognitionem veritatis que mundo apparuit attrahebat. sic ministri ecclesie qui primo erudiunt postea peccata eorum redarguunt. deinde in baptismo Christi remissionem promittunt. Iohannes Iohannes dixit ut habetur Iohannis 1. Qui misit me baptizare in aqua. ille dixit mihi. Super quem videris spiritum descendentem et manentem super eum. hic est qui baptizat in spiritu sancto. et ego vidi et testimonium perhibui quia hic est filius dei. Inde est etiam quod baptizati a Iohanne confitebantur peccata sua. ut habetur Matthei 3. non quod illa confessio peccatorum fieret ad remissionem peccatorum statim per baptismum Iohannis exhibendam. Sed quedam per penitentiam quantum gratie et effectum baptismi Christi ad quem penitentia illa preparabat. 4o. ad manifestationem divinitatis Christi. Unde ipse Iohannes dicit i. co. ut manifestetur s. Christus in Israel. propterea veni ego in aqua baptizans. Concurrentibus enim turbis Christum annuntiabat. quod quidem sic facilius factum est quam si per singulos discurrisset. ut Crisostomus dicit super Iohannem. Quod patet ex forma baptismi eius. dicit enim paulus act. 19. Iohannes baptizabat baptismo penitentie populum dicens. in eum qui venturus est post ipsum ut crederent. hoc est in ihesum. Licet enim Christus venisset in carne et ad baptismum. nondum tamen venerat in cognitione hominum. de cuius notitie adventu Iohannes intelligebat quos baptizabat. et hic credebatur. quia in baptizando Christum. vidit celum apertum. quia intellexit baptismo in sanctificatione per Christum apertum esse celum hominibus. quod primo homini preclusum fuerat per peccatum. Vidit spiritum sanctum in specie columbe super Christum baptisatum. Audivit vocem patris protestantis. Hic est filius meus dilectus. Audivit et Christum orantem. Unde signanter dicit luce 3. quod ihesu baptizato et orante apertum est celum i. omnibus propter eum. sicut si imperator diceret alicui pro alio petenti. ecce hoc beneficium non illi do. Sed tibi i. propter te illi. ut Crisostomus dicit super Matheum —

3o. puer iste erat gloriosus in sua predicatione. Ipse namque suam predicationem inchoavit a penitentia dicens. penitentiam agite etc. Matthei 3. In qua predicatione quatuor generibus hominum dedit leges quibus bene viverent. Unde Ambrosius super luce et habetur d. 86. dicit sic. In singulis quorum generibus hominum quomodo tribuit sensus libera responsum unum omnibus. Omnes enim communiter ammonet ut conferat non habenti. Misericordia enim plenitudo virtutum est. et in omnibus est proposita forma virtutis. 1o. phariseis dedit legem penitentie. dicens. id. Matthei 3. progenies viperarum quis demonstravit vobis fugere a futura ira. Facite ergo fructum dignum penitentie. et ne velitis dicere intra vos. patrem habemus habraam. dico enim vobis quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios habrae. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. ego quidem baptizo vos in aqua in penitentiam et luce 3. ponuntur eadem verba. 2o. inventoribus dedit legem misericordie. dicens. illud. luce 3. Qui habet duas tunicas. det unam non habenti. Similiter et escas. 3o. officialibus et peccatoribus dedit legem iustitie. dicens. id luce 3. Nichil amplius quam quod constitutum est vobis faciatis. 4o. militibus dedit legem clementie. dicens. id. luce 3. Neminem concutiatis neque calumpniam faciatis. et contenti estote stipendiis vestris. et d. 86. c. In singulis dicit sic. Militibus ne calumpniam faciat et ne predam requirat. docens idcirco constitutum militie stipendium, ne dum sumptus q

quereret pro crassitie. Hec ibi. Et sic patet.

Vo. puer iste erat gloriosus in sua grandatione. Sciendum quod in veteri testamento fuerunt singulariter grandati quatuor. Primo Noe cui dixit deus Gen. 7. Te enim vidi iustum coram me ex omnibus gentibus. 2o Moyses de quo dixit deus Numeri 12. Si quis inter vos fuerit propheta domini in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad eum. At non talis servus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. 3o David de quo dixit deus 1 Reg. 13. Inveni hominem secundum cor meum. 4o Job de quo dixit deus ad Sathan Job 1. Numquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis in terra, vir simplex et rectus ac timens deum et recedens a malo. In novo quoque testamento fuerunt et quatuor grandati. Primo Nathanael de quo Christus ait Jo. 1. Hic est vere israelita in quo dolus non est. 2o Petrus de quo dicit Christus Matth. 16. Beatus es Symon Bariona quia caro et sanguis non revelavit tibi sed pater meus qui est in celis. 3o Centurio quo Christus ait Matth. 8. Amen dico vobis non inveni tantam fidem in Israel. 4o Paulus de quo Christus ait Act. 9. Vas electionis est mihi iste ut portet nomen meum coram gentibus et regibus et filiis Israel. Super autem omnes Johannes grandatur. Unde Christus ait Matth. 11. Amen dico vobis inter natos mulierum non surrexit maior Johanne baptista. Precellit cunctos, eminet universos, antecedit prophetas et excedit [?] de mulieribus natus, inferior est Johanne. Diceret fortasse aliquis: Ergo inter natos mulierum Jo. maior est, ergo maior est salvatore. Absit. Johannes enim ex muliere, Christus ex virgine natus est. Hec ille. Habuit enim perfectionem ordinum celestium [?]. Primo angelorum. Malach. 2. Ecce ego mitto angelum meum qui preparabit viam ante faciem meam. 2o principatuum [?] quia assimilatur lucerne. Jo. 5. Ille erat lucerna ardens et lucens. 3o prophetarum. Matth. 11. Quid existis videre? prophetam? Etiam dico vobis plusquam prophetam. Fuit enim excellentior Moyse et ceteris prophetis. Johannes namque pertinet ad novum testamentum, cuius ministri preferuntur et ipsi Moysi quia magis revelate speculantur, ut habetur 2 Cor. 3. 4o apostolorum quia fuit missus a deo ut testimonium perhiberet. Jo. 1. Propterea assimilatur voci cum dicit: Ego vox clamantis in deserto. 5o martyrum quia pro iustitia mortem sustinuit. 6o confessorum quia confessus est et non negavit. 7o virginum quia virginitate preservavit [?]. Unde cantat ecclesia: Serta ternis alios coronant aucta crementis, duplicata quosdam, trina centeno cumulata fructu te sacer ornat. Et sic patet.

6o et ultimo puer iste erat gloriosus sua consummatione. Nam descendens ad limbum confortavit sanctos patres qui ibi erant apportando eis bonum nuntium de adventu salvatoris qui cito erat descensurus ad eos liberandos. Unde confortati sunt propter quatuor. Primo quia ibi erant in magna tristitia. 2o quia de visione carebant. 3o quia in loco tenebroso manebant. 4o quia demonum vicinitatem habebant. Et quamvis ad limbum descenderit, eius tamen passio ab ecclesia celebratur. Et sic patet eius consummatio. Unde beatus et diligetur [?].

In festo beati Petri apostoli.

Tibi dabo claves regni celorum. Matth. 16. Et in eundem patet solemniter [?]. beatus Jo. Apoc. 3. Ecce dedi coram te hostium apertum in celo, quod nemo potest claudere, quia servasti verbum et non negasti nomen meum. Super quo verbum movemus [?] questionem. Utrum beatus Petrus ecclesie Christi fuit pastor excellentior quam Moyses synagoge dei rector et tutor [?]. Ad istam questionem respondent duo doctores

novi testamenti. Primus est Innocentius papa ut habetur d. 21 c. decretis [?] quo dicit sic: Maiorum pontificum et reliquorum sacerdotum institutio in veteri testamento est inchoata et in novo plenius consummata. Summi enim pontifices et minores sacerdotes a deo sunt instituti per Moysen qui ex precepto domini Aaron in summum sacerdotem, filios vero eius unxit in minores sacerdotes. Simpliciter [?] vero maiorum et minorum sacerdotum in novo testamento discretio ab ipso Christo sumpsit exordium, qui 12 apostolos tamquam maiores sacerdotes et 72 discipulos quasi minores sacerdotes instituit. Petrum vero quasi in summum sacerdotem elegit, dum ei pre omnibus et pro omnibus claves regni celorum tribuit et a se petra Petri nomen imposuit, atque pro eius fide se specialiter rogasse testatus est, et ut ipse ceteros confirmaret sibi iniunxit dicens: Ego pro te rogavi Petre ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Hec ibi. 2us est Anacletus papa ut habetur d. 22 c. Sacrosancta romana et apostolica ecclesia non ab apostolis sed ab ipso domino salvatore nostro primatum obtinuit. Sic beato Petro apostolo dixit: Tu es Petrus et reliqua usque soluta et in celo. Licet enim omnes essent apostoli, Petro tamen concessum est a deo et ipsi inter se voluerunt idipsum, ut reliquis omnibus preesset apostolis. Et Cephas id est caput et principium teneret apostolatus, qui et eandem formam suis successoribus et reliquis episcopis tenendam tradiderunt. Et non solum hec in novo testamento constituta sunt, sed et in veteri fuerunt. Unde scriptum est: Moyses et Aaron in sacerdotibus eius, id est primi inter eos fuerunt. Hec vero apostolica sedes caput et ordo a deo et non ab alio constituta est. Hec ibi. Sciendum quod sicut in fundatione synagoge deus pelegit Moysen, sic in novo testamento in fundatione ecclesie Christus pelegit beatum Petrum apostolum. Et sicut Moysi deus contulit multa privilegia secretorum [?], sic contulit et beato Petro quod est certe privilegia. Claves regni celorum a domino accepit. Propterea dixit ei Christus verbum propositum: Tibi dabo claves regni celorum.

Collationis.
Iurisdictionis.
Remissionis.
Dilectionis.
Operationis.
Passionis.
Sublimationis.
Glorificationis.

Primo tibi dabo claves regni celorum collationis. Christus enim beatum Petrum summum pontificem fecit et vicarium suum instituit, cum ei dixit: Pasce oves meas. Ad quam collationem concurrunt quatuor. Primo pater ipsum elegit. Matth. 16. Caro et sanguis non revelavit tibi, sed pater meus qui est in celis. 2o filius electum exaltavit, et maxime in duobus, scilicet in fide recta, cum dixit: Quem dicunt homines esse filium hominis? Et Petrus respondit: Tu es Christus filius dei. Et in dilectione sincera cum dixit: Symon Johannis diligis me plus his? Et Petrus respondit: Tu scis domine quia amo te. 3o spiritus sanctus electum et exaltatum confirmavit, cum in pentecoste ad robur se sibi effudit. Propterea eum confirmavit columpnas eius [?]. 4o tota trinitas electo exaltato et confirmato potestatem predicationis ei donavit. Ista autem potestas est in peccatorum remissione. Jo. 20. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis etc. Et licet dicatur Luc. 5. Quis potest remittere peccata nisi solus deus? tamen deus remittit peccata per auctoritatem, Christus per excellentiam, et sacerdos per ministerium. Nam peccatum facit in homine tria, scilicet dei inimicitiam, defor-

deformitatis maculam et obligatorium ad penam eternam. Ista tamen solus deus in virtute contritionis
remittit, qui solus remittit offensam, lavat maculam et dissolvit obligatorium eternam.
ut patet luc. 15 in filio prodigo, de quo dicitur quod pater osculatus est eum, quia remisit ei offensam,
et stola prima ipsum induit. quia lavit maculam et ornavit animam. et quod mortuus
fuerat revixit, quia abstulit ab eo penam eternam. Sacerdos autem remittit peccata quantum
ad alia tamen. Nam peccatorem a deo absolutum esse demonstrat. pene purgatorie et satisfactorie
ipsum ligat, et de ipsa pena partem relaxat. Ista tamen notantur Jo. XI. in suscitatione
Lazari. solus enim Christus ipsum a mortuis suscitavit. Discipulis tamen iussit scilicet ut la-
pidem tollerent. ut ipsum solverent. et ut libere abire permitterent. Lapidem tollere
est penam purgatoriam in satisfactoriam commutare. peccatorem solvere est ipsum absolutum
esse a deo ostendere. libere abire permittere est penam aliquam libere indulgere. que omnia
habet petrus a tota trinitate acceptum —

Secundo. tibi dabo claves regni celorum. scilicet iurisdictionis. scilicet in excommunicatione et absolutione. Iste
autem ligationes et solutiones non sunt in celo. quia ibi omnes sunt soluti. nec sunt in inferno. quia ibi sunt
omnes ligati. Sed sunt in mundo ubi sunt quidam ligati et quidam soluti. In inferno sunt qui omnes ligati
et excommunicati per illam sententiam. Mt. 25. Discedite a me maledicti in ignem eternum etc. Jo. sed
eisdem loquitur. Sed hii ab eis auferentur. ps. Dirumpamus vincula eorum et proiciamus a nobis
nec participabunt cum eis in divino officio. apoc. ultimo. foris canes veneficii. nec possessa
distribuentur. salute eterna non optabuntur. ymo sic dicitur in ps. letabitur iustus cum viderit
vindictam. Exclusi etiam erunt a participatione sanctorum. et maxime a participatione panis vite.
Mt. 15. non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus. non participabunt etiam cum eis
in mensa. ysaie 65. Ecce servi mei comedent et vos esurietis etc. —

Tercio. tibi dabo claves remissionis in indulgentiarum largitione. Sciendum est quod indulgentie
valent quantum ad forum ecclesie, quantum ad iudicium dei. ad remissionem pene. Ideo autem quia valeant
iste indulgentie est unitas corporis mistici, in qua multi in operibus iustitie superogaverunt ad
necessarium debitorum suorum. et multas etiam tribulationes iniuste sustinuerunt patienter. per quas
multitudo penarum poterat expiari. si eis deberetur. quorum meritorum tanta est copia quod
omnem penam debitam nunc viventibus excedunt. et maxime propter meritum passionis Christi. Et
ista merita passionis Christi et aliorum sanctorum sunt thesaurus ecclesie. Non enim est iste thesaurus de
auro argento aut de lapidibus preciosis. Sed de precioso sanguine Christi et aliorum sanctorum
ac de labore Christi et sanctorum etc. huius autem thesauri petrus et successores sui habent
claves. qui ipsum prout iusta causa exigit. possunt distribuere. Ad quam exiguntur
quattuor. primo auctoritas ex parte facientis. 2. caritas ex parte recipientis. 3. pietas
scilicet ad honorem dei. quia pietas est cultus soli deo debitus. quarto utilitas scilicet proximi
quo ad opera misericordie. Queritur primo ad quid valeat iste indulgentie. Respondetur
quod valet ad pene remissionem. Exemplum. quidam debet stare in purgatorio pro peccato non
satisfacto per X annos. habita ista indulgentia X annorum satisfactum erit pro pena
illa. Si quis non plus perpetravit de indulgentia quam meruisset pro peccatis pena
tunc illa indulgentia valet sibi ad maius meritum quo ad premium accidentale
in vita eterna vel premium essentiale. Queritur 2o. An equaliter habeat indulgentiam
distans in foribus illius ecclesie. sicut distans per C. miliaria vel ultra. Respondetur
quod equaliter habet indulgentiam. Sed distans habet maius meritum vel premium ratione la-
boris in caritate assumpti. quem laborem non sustinuit vicinus ecclesie. Queritur
3o. quid operatur indulgentia a pena et a culpa. Respondetur quod talis indulgentia
valet ad hoc. quia talis anima sic decedens non tangit penas inferni. nec

purgatorii. Sed subito volat ad celum. Sic quilibet in anno iubileo vel indulgentia de passagio
facto contra infideles pro recuperatione terre sancte. et pro ingressu religionis. Queritur quarto
An iste indulgentie valeant defunctis. Respondetur quod indulgentia valet sicut verba privilegii
sonant. unde indulgentia quando datur sub illa forma. Quicumque iverit vel miserit contra
infideles habeat indulgentiam plenariam pro se. et pro patre et matre defunctis. et tunc ille anime
exirent de purgatorio. hac conditione impleta. statim volarent ad celum. Cum enim anime
existentes in purgatorio sint membra huius corporis mistici propter caritatem cum qua decesserunt
capaces sunt omnium bonorum que fiunt et que facta sunt. Et sicut stomachus omnibus membris corporis
suum cibum distribuit. sic ecclesia omnia merita tamen purita quam preterita suis membris distribuit
tam vivis quam satisfacere pro defunctis. sicut liber pro testamento. Queritur 5o. An vivus
indulgentiam quam acquirit possit dare alteri vivo vel defuncto. Respondetur quod si privilegium sic con-
tineat quod talis indulgentia posset acquiri et non cuilibet personaliter tunc illa indulgentia eis
perficit non. Nam privilegium tantum valet quantum sonat. Queritur 6o. An habeat indulgentiam
qui non facit elemosinam. Respondetur quod si privilegium sic continet. quicumque porrexit manum adiu-
trices etc. tunc non dans non est capax indulgentie. Queritur 7o. An intelligitur dedisse
qui dedit panem. vinum. oleum et huiusmodi. Respondetur quod sic. quia debet pensari conditio personarum secundum
facultatem earum prout quasi consuetudo pot —

Quarto. tibi dabo claves dilectionis. Nam beatus petrus fuit ferventior in amore Christi. cuius
signa fuerunt quattuor. primo amor paupertatis. quia propter eius amorem omnia terrena contempsit. Mt. 19.
Ecce nos reliquimus omnia etc. Quidam enim sunt procrastinantes. contra quos dicitur. Ecce. Quidam
ad tempus reponentes. contra quos dicitur. reliquimus. non reposuimus. Quidam dimittentes. contra quos
dicitur omnia. Quidam res suas exteriores relinquentes. Sed suas voluntates retinentes. contra quos
dicitur et secuti sumus te. Secundum signum fuit in passione. quia secum mori voluit. quando dixit luc. 22. paratus
sum tecum et in carcerem et in mortem ire. Non enim volebat mori ante eum. quia nolebat carere
tam dilecta presentia. nec volebat vivere post eum. quia non reputabat vitam. Sed mortem amaram.
volebat autem mori cum eo. quia hoc reputabat sibi gloriam et coronam. Tercium fuit post passionem
quia sunt in lacrimis. huius enim lacrimas doloris. eo quod magistrum negavit. luc. 22. Egres-
sus foras flevit amare. unde dicit clemens. quod quocumque galli cantum audiebat lacrimas
emittebat. habuit lacrimas compassionis. eo quod ipsum mortuum videbat. Jo. 16. plorabitis
et flebitis vos. mundus autem gaudebat. habuit lacrimas devotionis. eo quod ad eternum
videndum semper se parabat. habuit lacrimas consolationis. unde dicit clemens. quod semper in sinum sudarium
ferebat quo fluentes lacrimas detergebat. Sic enim in consuetudinem duxerat flere. quod
totum eius facies adusta lacrimis videbatur. ps. fuerunt mihi lacrime etc. Quartum signum fuit
post resurrectionem. quia ipse ad monumentum cum Johanne pervenit. Et sic dicit gregorius. Illi prestis
cucurrerunt qui pretius amaverunt. Alius enim cucurrerat scilicet. alius Johannes prevenit alium
petrus. alius petrus autem Johannem. quia prior monumentum intravit. per quod datur intelligi quod
ambo dilexerunt Christum inseparabiliter. Sed Johannes magis dilectus. petrus autem magis constanter etc. —

Quinto. tibi dabo claves operationis. Fuit enim eius operatio efficax propter virtutem. et hoc quadru-
pliciter. primo propter virtutem credendi. quia dixit. Tu es Christus filius dei vivi. De eius
fide dixit Christus luc. 22. Simon. ecce sathanas expetivit vos ut cribraret sicut
triticum. ego autem rogavi pro te petre ut non deficiat fides tua. et tu aliquando conversus
confirma fratres tuos. Ubi habetur quod eius fides multum fuit adversus temptationem. cum dicitur. ecce
sathanas. etc. hostis enim ubi invenit locum magis munitum, ibi maiorem exercet conatum.
Eius fides fuit valde a Christo roborata. cum dicitur. ego autem rogavi etc. Eius
fides fuit aliis in exemplum data. cum dicitur. Et tu aliquando conversus etc. 2o. propter virtutem sanandi
non solum enim sanabat sicut actuum 3o verbo orationis. Sed et verbo iussionis. sicut patet in sanatione
enee. actuum 9. Verum et umbra corporis sui ut dicitur et actuum 5. et in impositione bacu-
li sui. sicut patet in discipulo eius per quadraginta dies defuncto qui ad impositionem baculi sui resuscitatus

est. 3º scilicet virtute predicationis. Tam generose enim predicabat quod aliquando una die tria milia hominum convertebat. ut dicitur act. 2. Hoc est ei propter predicationis. Unde Crisostomus super mt. dicit. Testimonium studiosi agricole est messis fecunda. assiduum doctoris ecclesia plena. 4º scilicet virtute orationis. Nam eius oratio aliquando aperiebat celum ut patet act. 10. ubi dicitur quod postquam eum accidit mentis excessus. et vidit celum apertum. Aliquando faciebat descendere spiritum sanctum. sicut patet act. 8. in samaritanis. Aliquando expoliabat infernum. sicut quando suscitavit defunctum. quem Symon magus suscitare non potuit. Aliquando vincebat demonium. sicut patet in demone qui Symonem magum per aera deferebat.

6º. Tibi dabo claves passionis. passus est enim consimili pena cum Christo. puta quia Christus ei dixit. Jo. ultimo. Sequere me. Sap. 18. Simili pena dominus cum servo afflictus est. Noluit autem pati rectus. sed reversus propter quatuor causas. quas ipsemet assignat. 1º quia propter honorem domini non reputabat se dignum. 2º quia Christus passus est propter mundum redimendum. ideo debuit ad mundum respicere. ipse autem patiebatur propter acquirendum celum. ideo debuit ad celum respicere habere. 3º ad significandum quod sicut Christus autem propter rectus stetit et usque per peccatum cecidit. homo non caput mentis in terram deflexit et postea dominum recalcitravit. 4º ad innuendum quod homo mutaverat amorem spiritualem in mundanum. homo enim rectus in cruce positus. si revolvitur illud quod erat dextrum efficitur sinistrum. tunc igitur homo dextram mutavit in sinistram. quia amorem celestium convertit in amorem mundanum etc. —

7º. Tibi dabo claves sublimationis. Nam in iudicio habiturus est magnam sublimitatem. quia super tronos xii. sedebit. et ceteros iudicabit. et ille [illegible] erat ad finem mundi approbaturum. ps. Ut faciant in eis iudicium conscriptum. Hec autem sublimitas est ei ad quadruplicem dignitatem. 1º ad eius immensum honorem. pr. ultimo. Nobilis in portis vir eius. quando sederit cum senatoribus terre. 2º ad magnam demonum confusionem. i. cor. 6. Nescitis quia angelos iudicabimus. 3º ad malorum condempnationem. ibidem. An nescitis quia sancti de hoc mundo iudicabunt. 4º ad bonorum consolationem. scilicet quia videbunt sanctum fratrem suum Christum esse iudicem. et sororem suam virginem mariam esse mediatricem. et fratres suos apostolos esse consessores et assessores etc. —

8º. tibi dabo claves glorificationis. Christus enim fecit eum in celis [illegible] ianitorem. apoc. xi. habet potestatem claudendi celum nubibus et aperire portas eius. dicitur enim habet quadruplicem domum. 1º habet ecclesiam militantem in qua habitant peregrini. clavis huius domus est clavis indulgentie. peccatori igitur volenti redire ad ecclesiam per penitentiam. petrus aperit hostium cum clavi remissionis et indulgentie. Jo. 20. quorum remiseritis etc. 2º habet patriam celestem in qua habitant filii. clavis huius domus est clavis potentie. Unde igitur sanctorum volentibus intrare in domum celestis patrie. aperit hostium cum clavi [illegible]. ps. Ianuas celi aperuit. 3º habet purgatorium in quo habitant debitis obligati. clavis huius domus est clavis iustitie. Nam iustitia dei requirit quod nullum malum remaneat impunitum. Unde igitur debitis intrare purgatorium. aperit hostium cum clavi iustitie. ps. Aperite mihi portas iustitie etc. Fuit enim alius quondam venerabilis servus portarius. has regulas nos Christus tradidit petro. Unde .d. ho. Considerans dicit gregorius. Considerans nobis est cur opus deus eum quem ante ecclesie preferre disposuerat. ancille vocem

pertimescere et seipsum negare permisit. quod nimirum magne actum pietatis dispensatione cognoscimus. ut is qui futurus erat pastor ecclesie in sua culpa disceret qualiter aliis misereri debuisset. prius itaque eum ostendit sibi. et tunc preposuit ceteris ut ex sua infirmitate cognosceret quam misericorditer aliena infirma tolleraret. hec ille. 4º habet infernum in quo habitant dampnati. clavis huius domus est clavis mortis eterne. Unde igitur dampnatis petrus non aperit hostium neque claudit. sed Christus aperit hostium et claudit. quia peccatores irrevocabiliter includit et clavem custodit. apoc. 1. habeo claves mortis et inferni. Item. 9º. Data est ei clavis abyssi etc. Rogemus igitur dominum etc. —

In festo visitationis marie —

Maria abiit in montana. luc. 1. et in evangelio presentis solempnitatis. Ambrosius in omelia dicit. Maria que sola in intimis penetralibus versabatur. non a publico virginitatis pudor. non a studio asperitas montium. non ab officio prolixitas itineris retardavit. In montana cum festinatione virgo officii memor. iniurie inmemor. affectu urgente non sexu. relicta perrexit domo. — Sciendum quod beata virgo abiit in montana ad visitandum helisabeth propter quatuor causas.

propter caritatem.
propter fidelitatem.
propter humilitatem.
propter sanctitatem.

1º propter caritatem quam more angelico in maria virgine ipsa tenebat. Unde petrus ravennas in sermone dicit. Accepto igitur consensu virginis ut sine virili semine conciperet dei filium discessit angelus ab ea. visum utique subtrahens non famulatum atque celestia petiit. que virgo sequitur dum in montana progreditur. Insuper plane et ultra angelos gratia succrescente procedit. Est igitur nimirum et in angelis caritas que superenituit in maria. hec ille. 2º propter fidelitatem. quam maria provexit usque ad dextram patris in excelsis. Nam sua fide concepit filium dei. Unde petrus raven. dicit. At non cum aliis dictum est. Sponso facto [illegible] Denique de terra virtus orta est. et non de angelica creatura. nec angelos. sed semen habrae apprehendit. hanc invenit gratiam maria virgo plena in gratia. hec ille. 3º propter humilitatem. Tantam enim humilitatem quam angelo maria exhibuerat dicendo. Ecce ancilla domini. hominibus et exhibere curabat. quod festinans abiit in montana. et zacharie domum intravit ut helisabeth visitaret. ac pregnanti vetule famulatum ministraret. Unde Ambrosius in omelia dicit sic. Didicistis virgines pudorem nunc discite humilitatem. Venit propinqua ad proximam. iunior ad seniorem. nec solum venit. sed et prior salutavit. Decet enim ut quanto castior virgo. sic tanto humilior. Noverit deferre senioribus. sit magistra humilitatis in qua est professio castitatis. est et pietatis. est et norma doctrine. Commendandum est enim quia superior venit ad inferiorem. ut inferior adiuvetur amore. hec ille. 4º propter sanctitatem. Maria enim venit ad helisabeth et Christus ad iohannem ut ipsum sanctificaret. sic et postea venit ad baptismum iohannes ut eum sanctificaret. Unde petrus ravennas in sermone dicit sic. Idcirco et maria post conceptum ad helisabeth properat quia iohannes qui in utero suo erat. [illegible] adhuc parvulum in ventre matris positum sanctificare festinavit. hec ille. propterea hodie maria abiit in montana ut dicitur verbum propositum etc. —

In festo sancte margarete virginis et martiris.

Inventa est una preciosa margarita. mt. 24. et in evangelio presentis solempnitatis. Beatus iheronymus contra iovinianum dicit sic. Apud indos gloria erat temporibus

et parturitionibus. et maledicta sterilis que non habebat semen in Israel. et benedicta que erat
semen in Syon et domesticam in Jerusalem et in benedictione masculorum ponebatur. Nam
uxor tua sicut vitis habundans in lateribus domus tue etc. hec ille. Super quo
etiam moveo questionem. Utrum beata Margarita ducit eternam benedictionem pro virgini-
bus pudicitie incorruptorum. Ad istam questionem respondent duo doctores. Nam testis primus
est beatus Augustinus libro de bono coniugali dicens sic. Non est impar meritum continentie in
Johanne qui nullas expertus est nuptias. et in Abraham qui filios generavit. Illius
enim celibatus. et istius connubium pro temporum distributione Christo militavit. hec
ille. 2us est beatus Jeronimus libro 2o contra Jovinianum dicens sic. Ceterum quis ignoret
sub alia dispensatione dei omnes veteres sanctos eiusdem fuisse meriti cuius nunc sunt
christiani. quomodo autem Abraham placuit deo in coniugio. sicut nunc virgines placent
deo in perpetua castitate. hec ille. Dicimus quod virginitas commendatur quadrupliciter. primo
in hebreis legibus. hoc patet primo in viris. Nam Abel qui primus est iustus admodum commendatur
virgo fuit. ut Augustinus dicit libro de mirabilibus sacre scripture. Helyas et Heliseus
et multi filii prophetarum fuerunt virgines ut Jeronimus dicit in epistola ad Eustochium.
Jeremias ac Daniel et propheta dignus fuit virgo. patet 2o in mulieribus. Nam Maria so-
ror Aaron fuit virgo que tympanum prophetavit. Filia Jephte fuit virgo. ut patet Judicum xi.
et Levitici 21. mandat dominus per Moysen quod summus sacerdos uxorem non accipiat vi-
duam non repudiatam non sordidam non meretricem. sed uxorem accipiat virginem de
populo suo. Et ibidem mandatur sacerdotibus filiis Aaron quod non contaminentur in mortibus
civium suorum. nisi tamen in consanguineis et propinquis id est patre matre filio filia fratre
et sorore que non est nupta viro. 2o in paganis gentilibus. Unde Jeronimus libro 1 contra
Jovinianum dicit sic. Certe romanus populus semper in maximo honore habuit vir-
gines etc. 3o in summis celestibus. Unde Jeronimus libro 1 contra Jovinianum dicit sic. Nuptie
terram replent. virginitas paradisum. Quam cito de paradiso virgines prorumpunt. eiecti de pa-
radiso copulati sunt. eiciuntur de paradiso. et quod ibi non fecerunt in terra faciunt. ut statim
apostolus conditoris humane virginitatem paradisus. et terra nuptias dedicavit. In omni tempore sit
vestis tua candida. Candor vestium sempiternus virginitatis est puritas. hec ille. psalmus
Adducentur regi virgines post eam. proxime eius afferentur tibi in leticia et exultatione. adducentur
in templum regis. Nam in resurrectione mortuorum non nubent neque nubentur. sed similes erunt
angelis. Quod angeli in celis prius homines futuri sunt. hoc virgines in terra esse ceperunt.
Si angelorum nobis similitudo promittitur. et angelos autem non est sexus diversitas.
Aut sine sexu erimus quod angeli sunt. aut certe quod liquido comprobatur resurgentes
in proprio sexu erimus. sed sexus non fungemur officio. 4o in propriis sequacibus. Unde
Jeronimus libro 1 contra Jovinianum. Legimus in apocalypsi Johannis. et ibi reperimus agnum super montem
Syon. et cum eo 144 milia signatorum habentium nomen eius et nomen patris eius scriptum
in frontibus suis. qui cantabant canticum novum. et nemo poterat dicere canticum illud nisi
qui empti sunt de terra. isti sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati. virgines enim per-
manserunt. hii sequuntur agnum quocumque vadit. Ad hoc autem ut virginitas sequatur Christum requiritur
quod omnis virgo ipsum in corde suo ingiter exaltet contra motus. post seipsum humi-
liando. Nam propter defectum humilitatis reprobate sunt virgines fatue in scripturis contra
Matthei 25. Unde dicit Ambrosius libro de virginitate. Non solum predicanda est virginitas ut a-
metur. sed et admonenda est ne inflectatur. Et Bernardus super missus est dicit. pulcra per-

permixtio est virginitatis et humilitatis. nec mediocriter placet deo illa anima in qua humili-
tas commendat virginitatem. et virginitas exornat humilitatem. 2o virginem Christum magnificando
dicitur cum virgo magnificare dominum cum beata virgine dicens. Magnificat anima mea dominum. Luce 1 c.
Tale est canticum quod cantant virgines sequentes agnum. et nullo alio cantare potest. Apoc.
14. 3o virginem deum confitendo. nullo virgo de se confidat. sed meminerit se in fictili vase
thesaurum incomparabilem ferre. Unde Jeronimus in epistola ad Eustochium dicit. Nolo tibi venire
superbiam de virginitatis proposito. sed timorem. onusta vadis in tedis auro. latro vitandus
est. stadium est hec vita mortalibus. hic contendimus ut alibi coronemur. Nemo inter
serpentes et scorpiones tutus ingreditur. hec ille. 4o solum virginem honorando. Ambrosius
de bono virginitatis dicit. virginitas non quia virginitas. sed quia deo dicata est honoratur. Unde
Valerius libro 1 dicit. quod in templo dee Veste erat quedam virgo pulchritudinis nove emula.
contra videns igne exstincto per negligentiam sortem. dea Veste adorant et orationem complete
velum quod in capite portabat foculo imposuit statimque ignis emicuit. Si ista virgo
tamen illi ydolo placuit. quanto magis virgo christicola deo vero placebit. Hec autem virginitas
maxime requirit verecundiam. Unde Bernardus super cantica sermone 68. dicit sic. Nescio an
quicquam gratius verecundia adulti in moribus homines queat. que est omnium ornatus etatum
sed in teneriori etate amplius pulchriusque enitescit. quid amabilius verecundia adole-
scente. quam pulcra hec et quam splendida gemma morum in vita et vultu adole-
scentis. hec ille. Cuius rationem assignat Valerius libro 4 capitulo 6o. quia parens est omnis ho-
neste consilii. tutela solempnium officiorum. magistra innocentie. cara proximis. accepta
alienis omni tempore omni loco. favorabilem preferens vultum. hec ille. Et Tullius libro 1 de
officiis. Sine verecundia nichil rectum. neque honestum. Et Ambrosius libro de virginitate.
pudor individuus comes debet esse virginitati. sine quo non potest esse virginitas. Et libro
1 de officiis dicit. Ut in senibus gravitas. in iuvenibus alacritas. Ita in iuvenibus adolescen-
tibus verecundia velut quadam dote commendatur nature. Ad hanc autem virginitatem conservandam
requiruntur quatuor. primo abstinentia. Unde Jeronimus ad Eustochium. pudicitia tuta esse non nisi
per abstinentiam potest. Et Origenes super Levit. dicit. Qui seipsum castrat propter regnum
celorum. id non assequitur nisi se ciborum affluentia resecet. et nisi abstinentia vitam ministra-
Et Crisostomus super Matth. dicit. Castitas sine ieiuniis suis. ieiunio et oratione reparata cito la-
besit. et si eis qui amicitiis roborati fuerint. perfacile coronabuntur. Unde Valerius
libro 2 capitulo 1 dicit. Quod vini usus olim romanis feminis ignotus fuit. ne scilicet in
aliquod dedecus prolaberentur. quia proximus a libero patre intemperantie gradus ad inconcessam
venerem esse consuevit. Et Jeronimus libro 1 contra Jovinianum. Esus carnium et usus vini
ventrisque saturitas seminarium libidinis est. Unde et poeta. Sine cerere et ba-
cho friget venus. 2o castigatio carnis. Unde 1 Cor. 9. Ego autem sic curro non
quasi in incertum. sic pugno non quasi aerem verberans. sed castigo corpus meum et in servitutem
redigo. ne forte cum aliis predicaverim. ipse reprobus efficiar. Exemplum de beato Be-
nedicto volutavit se inter spinas et vepres. propter illam temptationem carnis. 3o solita exer-
citatio. Gregorius libro 2 moralium. Sepe quos temptationis certamine superare non potuit
sua defensionis securitate stravit. et dum lapsu se quisque in otio reddit. dissolutum
mente in otio prosternit. 4o devota oratio. Nam hoc genus demoniorum scilicet luxurie
non eicitur nisi in ieiunio et oratione. Matth. 9. Et Matth. 26. Vigilate et orate ne intretis
in temptationem. Exemplum de beato Christoforo. qui cum in carcere duabus puellis associaretur etc.

Ut cum ad lasciviam provocarent, sua oratione ipsas ad deum convertit. has quatuor virginitatis
custodias Christus in se ostendit. Primo abstinentia. per hoc quod ieiunavit xl. diebus etc. Mt. 4°. Ubi
de lapidibus noluit facere panes. cum melior sit refectio mentis quam ventris. Et sitiens qui
sedens super fontem petiit a samaritana bibere. Jo. 4. 2°. maceratione carnis. 3°. sanctis
excitationibus. Unde circuibat castella et civitates. docens in synagogis et predicans regnum dei.
et sanans omnem languorem et omnem infirmitatem. Mt. 4. 4°. devota oratione. Nam corpore quo
cepit predicare. egressus abiit in desertum ubique orabat. Luc. 5°. Hec autem virginitas facit quatuor
Primo temptationem pellet et vincit. Ex. de Joseph. qui relicta veste apud dominam suam [illegible]
tate ipsam de lasciviam virginitate sua custodivit. 2°. sensus meditationum sensus subarant
2 ingenia. quotiens quando virgo nesciret bis vincet, et de hoc verecundabitur arguet ingenii
ad honeste vinces. Et hoc quidem plures fecerunt sunt. qui seipsos deformaverunt ne la-
sciviam provocarent. Ex. de Spurinna elegantissimo adolescente qui cum mira sui spe-
cie placeret. Ex. de quodam virgine. Cumque viris et petentibus esset se suspectum
sollicitaret oculos plurium illustrem feminam. Cumque viris et petentibus esset se suspectum
sentiret, faciem decore vulneribus deformavit. 3°. carnalium cogitationum luxus
fugat et vitia. Ex. de illa virgine antiochena pulcra nimium. que conspectus
fugiebat. Sed ipsa hominum aspectus fugiebat. Cognito autem quod Christiana esset, coacta est aut
ydolis ymmolare. aut lupanar intrare. quod cum facere recusaret. ad lupanar ducta
est. Ad ingressum autem lascivorum irruentium. quod illa prius stupraret. apparuit miles
aspectu terribilis, confortans eam ne timeret. Mutatis igitur vestibus puella egreditur. miles
non clausus in camera manet. Quidam non adulteri invenere virum esse. et non puellam
exclamaverunt factum diaboli. Utrumque igitur ad martirium ducitur. et miles et puella. Sicque vir-
ginitas custodita est. Ideo Ambrosius super beati immaculati. pudor plerumque corrector nature est.
quod deus prepit nos pudor compulsi, ne divinus pudeat desiderare quod erubescenda sunt ad-
monet. 4°. uxorem actum securum dat vestigia. Unde Valerius li. 4°. narrat de Sci-
pione quod cum esset 24 annorum capta cartagine in yspania omnes obsides. quos pri-
ma urbe clausos tenebat. in sua potestate redegit. scilicet quandam virginem etatis adulte.
qua ut comperit illustri loco et celtiberorum natam. et credibili desponsata. accersit
parentibus inviolatam reddidit. aurumque quod pro redemptione allatum fuerat sponse dotis
adiecit. Ambrosius in quodam sermone. Solet certius mereri in indulgentia quam verecundius
deprecatur. beata Margarita habuit hunc thesaurum virginitatis in magnam custodiam per carnis
mortificationem. apostolus. Qui autem sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis
per sensuum cohibitionem. Job. 31. pepigi fedus cum oculis meis. per fugam et elongationem
1. cor. 6. Fugite fornicationem. Talem thesaurum consuevit Christus in suis fidelibus que-
rere. et in beata Margarita sicut dictum est. verbum propositum. Inventa est una preciosa margarita.
Una preciosa margarita inventa est.

A deo.	Primo. A deo. Nam precius salvatoris apparet in eo quod negotiator
Ab angelis.	factus est. et in mundum venit negotiari margaritas sive mercis-
A patriarchis.	monia. Unde simile est regnum celorum homini negotiatori querenti bonas mar-
A prophetis.	garitas. In isto negotiatore fuit. 7. admiranda. Primum
Ab apostolis.	est quia sua preciosa pro vili precio tradidit. Augustinus. Venale
A martiribus.	habeo. quid dicis. regnum celorum. quo emitur. paupertate
A confessoribus.	regnum. dolore gaudium. labore requies. ignominia glo-
A virginibus.	ria.
A fidelibus.	morte vitam. 2us est quia tam vilia care emit. dedit enim

preciosum sanguinem suum pro nobis. 1. pet. 1. Non enim corruptibilibus auro vel

argento redempti estis etc. et 1. cor. 6. Empti estis precio magno etc. ad ephe. 5°. tra-
didit semetipsum pro nobis. 3us quia ut hominibus ad solvendum omnia bona sua tradidit. sic
puere fatentur. psalmus. pro nichilo habuerunt terram desiderabilem. 4us est quia nullum decepit. Jo.
semper vult forte precium solvit. psalmus. Que procedunt de labiis meis non faciam irrita. Augustinus
Quod deus diligentibus se preparavit mittit cum transcendit et vota. ad ro. 8. Non sunt condigne
passiones huius temporis ad futuram gloriam etc. 5us est quia de datis et acceptis strictam rationem
exigit. Luc. 16. Redde rationem villicationis tue. Et Mt. 18. Voluit rationem ponere cum servis
suis. 6us est quia servos suos super bonis suis negotiari et lucrari voluit. Luc. 19.
Negotiamini dum venio. 7us est quia servis suis ad negotiandum bona sua dedit secundum cor-
qualitates. Mt. 25. Et uni quidem dedit. 5. talenta. Alii vero duo. Alii vero unum unicuique
secundum propriam facultatem. Iste negotiator venit in mundum istum. ut sibi hanc marga-
ritam emeret. pro qua dedit animam. carnem et sanguinem dedit. Et ipsa omnem
ydolorum culturam fugit. fuit ei rore celesti gratia. quia cor suum aperuit. et
rore spiritus sancti suscepit. et suggestioni dyabolice se clausit. Et sic preciosa mar-
garita gratie est. Aperuit namque ad deum suam memoriam. et ibi recepit dei gra-
tiam recordationis. aperuit suam intelligentiam. et ibi concepit dei recognitionem. aperuit
suam voluntatem. et ibi concepit dei amorem –
2us. Ab angelis. Nam angeli custodierunt eam. ut contereret suggestionem demonis qui
habet magnam potestatem. superbiam. astutiam et experientiam. Unde dicitur. apoc. 12. proiectus est
draco. ecce potentia. Magnus serpens. Ecce superbia. Antiquus. Ecce experientia.
qui seducit universum orbem. Ecce astutia. His armis pugnavit draco. i. demon contra
virginem Margaritam. Sed ipsa protectione angelorum contrivit omnia eius machinamenta. fre-
git eius potestatem. quia ipsum eam aperte in specie draconis virtute crucis evanescere fecit.
Fregit eius superbiam. quia pedem super collum eius posuit. Fregit eius astutiam. quia sibi in
nullo nocere potuit. et quia ipsum coegit fateri. quare ipse sibi apparuit. quod ei consulet
ut mortis preceptis obediret. Fregit eius experientiam. quia in nullo suis suggestionibus
consentire voluit. psalmus. Angelis suis deus mandavit de te ut custodiant te in omnibus
viis tuis. Et sic patet 2um –
3°. A patriarchis qui demones proprias reliquerunt ut habetur gen. 12. Et de beata
Margarita dicit psalmus. Audi filia et vide etc. et obliviscere domum patris tui. Et
concupiscet rex decorem tuum. Ipsa enim parentes quod pater suus intendebat ea tradere ad cul-
turam ydolorum. eius societatem fugit. et oves sue nutricis pascebat. precium est
ei bonis habitare cum malis. psalmus. Cum perverso perverteris. quia mali sunt igne concupiscentie
inflammati. in boni sepius comburunt. 1. cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia
prava. Mali sunt luto avaritie inquinati. et in boni sepius etc. Mali sunt pice adhe-
rentes superbie. et in boni sepius denigrantur. Mali sunt tenebris ignorantie obscu-
rati. et in boni sepius obscurantur. Ideo beata Margarita noluit habitare cum malis. ne
aut inflammaretur igne concupiscentie. aut inquinaretur luto avaritie. aut inficeretur
pice superbie. aut obscuraretur tenebris ignorantie –
4°. A prophetis. Nam prophete maxime floruerunt virtute humilitatis. ut clarius
divina misteria intelligerent. beata Margarita. tanto humilior fuit in conspectu suo. ut
fulgidior esset in conspectu dei. Sepe enim res lucida. nigrum habet effectum. sicut ostendit
beatus Augustinus. li. de ci. dei. triplici exemplo. Nam oleum lucidum, maculas

nigras effudit. Argentum fulgidum lineas nigras tingit. Ideo splendidus niger facit cuncta que tangit. Et sic sancti viri prophete dei. Ideo lucent fuscior olei per pietatem. fuscior ignis per caritatem. fuscior argenti per fame sonoritatem. Tamen apud se nigrescebat per humilitatem. Unde Jere. dixit. A. A. A. domine deus ecce nescio loqui quia puer ego sum. beata margarita coram se fuit humilis ut dicitur fuit gradus. ps. Elegi abiectus esse in domo dei. Cum enim olibrius preses eam sibi coniugio copulare vellet. magis voluit affligi cum populo christianorum quam temporalis prosperitatis hac fecunditate –

4. Una prosa mar. dicitur est ab apostolis. quorum fidem imitata est. de hac fide dicitur ps. Eloquia domini eloquia casta argentum igne examinatum probatum purgatum septuplum. Ex quo elicitur quod fides catholica est casta per puritatem sinceram. quia nulla adulterina fictione polluitur. quod est contra fidem hereticorum. Est examinata per tribulationum immissionem. quia nulla adversitate frangitur. quod est contra fidem instabilium. Est probata per prosperitatem mundanam quia nulla prosperitate mundana allicitur quod est contra fidem avarorum. Est purgata per spiritus sancti gratiam quae septiformi dono spiritus sancti fulcitur. quod est contra fidem malorum christianorum. beata virgo Mar. hunc thesaurum fidei in corde suo fixit. Ut tyrannum argumenta facile devinceret. Cui cum diceret quod non congruit ut puella tam nobilis habeat deum crucifixum. ipsa respondit. Christus pro redemptione nostra crucifixus asseritur. Sed nunc cum deitatem vivere affirmatur. –

6. martiribus. qui pro christo occisi sunt. Eorum namque passio ultima fuit christi passioni conformis. Christus enim fuit denudatus in patibulo. Mar. expoliata in eculeo. Christus fuit flagellatus ad columpnam ut disciplinam pro nobis portaret. Mar. tota fuit virgis lacerata. ut post hanc vitam aliam disciplinam non sentiret. Christus fuit perforatus clavis. Mar. fuit lacerata ungulis. Christus passus est in patibulo quod erat supplicium latronum. Mar. non in eculeo quod erat patibulum malefactorum. Christus fuit totus sanguine plenus. Mar. tota fuit sanguine cruentata. Christus passus est in aere ad innuendum quod est mediator dei et hominum. Mar. passa est in aere. ad innuendum quod est nostra interventrix apud deum. Christus in sua passione pro ipsis [illegible]. et pro suis crucifixoribus interpellavit et pro aliis fidelibus exorant. Sic et margarita orabat deum. pro se. pro suis occisoribus. et pro ipsam invocantibus. –

7. confessoribus. Nam ipsa ardens caritate tota fuit adusta. Sed non combusta. Unde potest dicere id. eccl. 42. In medio ignis non sum estuata. Fuit enim in medio ignis quia fuit carnis propugnatione. ad gal. 5. Caro concupiscit adversus spiritum. demonis inflatione. Job. 41. Halitus eius prunas ardere facit. hominum solicitatione. quia prefectus eam in uxorem accipere cupiebat. pulcritudinem alliciente. que in ultimis decorat. pro ultimo. fallax gratia. et vana pulchritudo. Superavit enim omnia ista ardentissima caritate. propter quatuor que intrinsecus habebat. primo gratiam afflatum. daniel. 3. fecit medium fornacis

quasi ventum roris flantem. 2o. consciam delectationem. prover. 15. Secura mens quasi iuge convivium. 3o. spem letificantem. ro. 12. Spe gaudentes in tribulatione patientes. 4o. carnem virgineam refrigerantem. luc. 1. Virtus altissimi obumbrabit tibi :–

8. virginibus. Nam thesaurus virginitatis ducit quatuor modis. primo. dare deo proprium affectum ut scilicet non diligat nisi celestem sponsum. Est enim zelotipus. et non vult cum adultero adamari. 2o. dare deo proprium intellectum ut scilicet de nullo cogitet nisi de celesti sponso. 2. cor. 10. In captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium christi. 3o. dare deo proprium censum. scilicet bona sua non vane expendere. sed pauperibus christi tribuere. mt. 19. Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus et habebis thesaurum in celo. 4o. dare deo propriam intentionem et motum. Nam sic ymago dei in sensibus vires non inficit. sic virginitas recta intentione innovatur. 2. cor. 4. licet is qui foris est homo noster corrumpatur. tamen is qui intus est renovatur de die in diem :–

9o et ultimo una prosa mar. dicitur est infidelibus. Nam magnas virtutes in sua passione ostendit. ex quibus multa infidelium milia conversa sunt ad fidem christi. Nam in igne fuit posita sed non adusta. In aere fuit in eculeo suspensa. non tamen in aliquo lesa. In aqua. quia in aquis gelidis fuit posita. et permansit illesa. In terra quia fuit terremotu concussa. Factus est enim terremotus. ac si terra non posset tantum facinus sustinere. Terremotus fit quatuor de causis. primo in detestationem sceleris. osee. 4. Maledictum. mendacium. furtum et adulterium inundaverunt. propter hoc lugebit terra. 2o. in signum doloris. 3o. in signum et concussionem timoris. Et sic factus est terremotus in passione christi. ut dolorem ostenderet et custodes terreret. 4o. in confusionem pectorum quorum valde confunditur quoniam ad preceptum dei insensibile elementum movetur. et ipse ad penitentiam non commovetur. Terremotus quoque factus est in passione beate margarite. Detestans sceleris detestationem in doloris et compassionis ostensionem. in timoris concussionem. et in pectorum confusionem. Unde quidam scriptus sic dicit de ea. beata mar. fuit timoris dei instructa perdita. religione conpta compunctione perfusa. honestate laudabilis. patientia singularis. nichil quod in ea [illegible] christiane religioni inveniebatur. odivit patrem suum. dilexit deum yhesum christum. cum quo vivit et regnat in secula seculorum. Amen :–

In festo sancte Marie magdalene –

Vides hanc mulierem. luc. 7. [illegible] post solempnitatem. Crisostomus in omel. de proditione iude que incipit pavens hodie. dicit sic. Ante proditoris tempus meretrix unguentum super domini caput effudit. grandem fidem. ultimam reverentiam. mirandam correctionem ostendit. Et quasi prostituta lupanar exiit. sic discipulus gehennam intravit. quia illa vicarium sui corporis abdicabat. tunc ille precium magis sanguinis postulabat. hec ille. Super quo thema movere possum. Ut beata maria magda. post amissam virginitatem recuperavit per penitentiam pristinam dignitatem. Ad quam [illegible] ponere quatuor conclusiones. ex intentione sanctorum doctorum. prima conclusio est ista. beata maria magda. non solum mente. sed et corpore fuit corrupta. patet testimonio christi dicentis. mt. 21. Amen dico vobis quod publicani et meretrices precedent vos in regnum celorum. Super quo dicit glo. intelligimus publicanum ut matheum. meretrices ut Magda. Cirillus super id. luc. 7. Ecce mulier que erat in civitate peccatrix. dicit. Mulier erat inhoneste vite. [illegible] erat [illegible] affectum [illegible].

ad xm. q petrus veniam gmisisset sibi elargiri. Aug. sup ps. 140. dt sic. Illa
mulr q erat i ciuitate petrix. venit et accessit ad pedes Ihu. illa ipudica quod
frontosa ad fornicatiom frontosior ad salute irrupit i domu aliena. gg i omel.
sic dt. Qua ei hc mulr turpitudis sue maculas aspexit lauanda ad fontem
mie cucurrit. Tenet tho. 2o sen. d. 9. ar. 8o. i rnsiōe. dt sic. Quidam
dicunt q sola virgines ad ordines angelor assumunt. eo q cognate e anglis vir
ginitas. Ut hieron dicit. Alij no electi decimu ordinem gstituunt. Sz hc no vr
vim. cu multi no virgines ut petrus et magda. multis et virginibus eminentio
res sunt. Speculu eccliē i sinodo. Nō veni vocare iustos etc. dt sic. hec
mr i magdalu castellu maritō edit. Sz ab eo ipietu fugiens gmisit me
mor legis oblita. vulgaris meretrix efficit. Et ppterea sic fecit sponte turpitudis
gstibuliu facta e mre demonior delubru. 2a gclusio e ista. hc mulr meretrix
e eadē q fuit soror lazari et que vnxit dnm vnguento. Ista gō e hieron
et Crisostō. Sz origenes dt. q no e eadē. q probat ex tribus. Pmo ex tpre.
Nam soror lazari vnxit dnm an sex dies pasce. ut hr. Jo. 12. Ille no petrix
ista biduu an pasca. pmittit ei matheus dnm dixisse. Scitis q p biduum
pasca fiet. Mar. aut dt. Erat pasca et azima p biduum. 2o ex loco.
Nam illa petrix lr dnm vnxisse i domo symonis leprosi. magda no soror
lazari vnxit dnm i domo marthe. q dr q martha ministrabat. 3o ex
facto. Nam illa petrix vnxit pedes dni. Magda no soror lazari vnxit
caput dni recubentis. Aug. aut et gg. dicunt. q fuit vna et eadem
mulr. quam quatuor euangte narrat dnm vnxisse. Sz bis hc fecit. Pmo qdm i pmo
sue gūsionis i tpe pdicationis xi. q lucas narrat. 2o no hc fecit immine
te x passione. q tres alij euangte narrat. Ad pm. de dissonantia tpris. dicēdū
e sm Aug. q Jo. seruat ordinem historie. Matheus aut et Mar. p recor
dationem ipsonunt. q pus fuerat factu qm aut an proditonem Jude. que ex hc
facto credr occasionem sumpsisse. Ad 2m de dissonantia loci pot dici q eadē
sit domus symonis leprosi. et mr et marthe. ita q symon fuit pater familias domus
dr at leprosus. q prius leprosus fuerat. et a xo curatus. Ad 3m dr sm Aug.
q eadē mulr vnxit pedes et cap ipius xi regbus. 3a gō. btā mr magda.
p sua pniam no potuit recupare virginitatem amissam. Istud declarat sctus
tho. 3. p. q. 89. ar. 3. d. hō p petū duplicē dignitatem amittit. vnā
qstū ad deū. s. qua gputatus erat īt filios dei p gram. et hac dignitatem
recupat p pniam. q significat. luc. 15. de filio prodigo. cui pr penitenti iussit
restitui stolla pma et anulu et calciamenta. Alia no dignitate amittit secunda
rā. s. innocentiam. de qua sic dt eb lr. gturbar filij senior. d. Ecce tot anis
seruio t. et mandatū t. nunq ptrii. Et hac dignitate penitens recupare no
pot. Et eadē rō est de recupatiōe virgitatis. et de recupatiōe innocentie. q sup d
Amos. 5o. virgo ysrl cecidit. dt glo. Nō negat ut resurgat. Sz ut resurgere
virgo possit. q semel oberrās ouis et si reporte i humeris pastoris. no ht
tantam gloriam qstum nunqz errauit. hc tho. Et quolibz. 4. dt sic. In virgi
tate duo possumus gsiderare. Quorū vnū e ipa integritas mentis et corporis.

et sic deus pt virginem repare p ruina. pot ei et mente reintegrare p gram. et corpus
solidare p miraclm. Aliud aut e ea integritatis pfecte. s. q mulr virgo no fuit
cognita a viro. et qstum ad hc deus no pt virgine repare p ruina. No ei pot
facere ut ea q ia e cognita a viro. no fuerit cognita. sicut nec de aliquo q factum
e. pt facere q no factum fuit. pō ei dei se extendit ad totum ens. vn si id
adu pō excludit. q repugt rōi entis. et hc e idē sil ee. et no ee. et
eadē rō e q fuit no fuisse. vn Aug. dt. 22. gt faustu. Quisqs dt si
omps e deus. faciat ut ea q facta sut. facta no fuerit. no videt se hc dice. fa
ciat ut ea q vera sut. eo ipo quo vera sunt. falsa sut. Et hieron ut hr. 32. q. 5.
dt sic. Cu deus cetera possit. no pot virginem repare p ruina. hc tho. Quis
tn penitens repat ad maius. q ut gg dicit i omel. de c. oubz. Qui crassi
adeo se gsiderat dapnu precedentis lucis sequentibus recompensant. Maius gō gau
diu de eis fit in celo. q et dux i prelio plus diligit eu militē. q post
fugam reuersus hoste fortit premit qz illu q nunqz tga pbuit et nunqz aliqd
fortit fecit. hic ei q sm ppōnem vocati st scti. s. pdistinati. q quamvis qz cadunt
finali tn resurgunt. Cadit in bonum. s. hoc q cadut. no q sp i maiori gra
resurgunt. Sz q resurgit i pmanentiori gra. no qdē ex pte ipius gre. q qstō
gra est maior. tanto de se e pmanentior. Sz ex pte hoīs q tanto stabilius
i gra pmanet qsto e cautior et humilior et feruentior. ad ro. 8. Diligē
tibz deū oia cooperant in bonum. 4a gō btā mr magda. virginitate mentis et corporis
p sua pniam recupauit. Istud declarat sctus tho. 22. q. 152. ar. 3o. dicit sic.
virtus p pniam repat qstum ad id q e formale i virtute. no qstum ad id q e male
i ipa. no ei si qs magnificus gsumpsit suas diuitias. p pniam peccati restituunt
ei diuitie. Et sile ille q peccando virginitate amittit. p pniam no recupat virgi
nitatis maiam. Sz recupat virginitatis ppositum. s. ppetuo abstinendi a delectatione vene
rea. ad vacandu rebus diuinis. Circha maiam at virginitat est aliud q miraculose
reparari pt diuinitus. s. integritas membri q accidentalit se ht ad virginitatem. Aliud
aut e q nec miraclo reparari pot. vt. s. q expts e voluptate venerea. fuit
no expts. No ei pt deus facere. ut ea q facta sut no sint facta. hc tho. Et pō
pt. q. 24. ar. 4. dt sic. Omem corruptionem mentis et corpis pot deus auferre
a mulre corrupta. lz ab ea auferre no possit q corrupta no fuit. sic nec
ab alio peccante auferre pt q no peccauit. et q caritate no amisit et e
btā mr magd. p pniam hunc ppōnem firmatum voto integritatis sumpsit. et p
miraclm recupauit integritatem membri. Cuius signum e q q ipa prima bienniu
petijt. et in loco angelicis manibus pparato. p 30. annos i cognita mansit. qualz
at die. septe horis canonicis ab anglis in ethera eleuebatur. et celestiu agmi
gloriosos concentus. corporalibus et auribus audiebat. vn diebus singlis his
suauissimis dapibz saciata. et inde p eosdē anglos ad locu pprium reuocata
corporalibz alimentis nullatenus indigebat. prout narrat egesipus in qdā tractatu.
Sic at eleuari p anglos e signum virgitatis. ut ps de adam i statu innocentie.
helyseo ppha. btā virgie. Johne bapta. paulo. Johne euangelista. thoma
de aquino. gō btā mr magd. vacat recupauit integritate virginitatis qstum ad
aiam et qstum ad corpus. Ideo dr. vides hanc mulierem. s. p pniam recupasse

dtegre virginitate pro qua adipiscenda tam lamentabiliter flevit –

Vides hanc mulierem –

In statu offensionis. | p° vides .i. considerans hanc mulierem .s. beatam mariam
In statu commissionis. | magd. in statu offensionis. gravitas eius offensionis
In statu satisfactionis. | eius in tribus consistit .s. in peccatorum magnitudine. in peccatorum
In statu attractionis. | certitudine. in peccatorum multitudine. Magnitudo peccatorum
In statu protectionis. | notatur cum dicitur in civitate. Et ecce mulier. Certitudo peccatorum
In statu glorificationis. | notatur cum dicitur que erat in civitate peccatrix. Multitudo

peccatorum notatur cum dicitur peccatrix. Magnitudo peccatorum eius causabatur ex quatuor que ipsam induxe
runt ad ruinam. p° pulcritudo. prov. xi. Circulus aureus in naribus suis. mulier
pulcra et fatua. 2° divitie. 3° libertas. dicitur. non est sub lege viri. 4° sim
plicitas. dicitur. non habuit providentiam in se quo ad regimen vite sue. Sed facile seduce
bantur viri procaces ut donarent mulieres. hiis .7. prodimenta ad seducendum eas. Et
quia sequuntur passiones sensus. facile vincuntur ut patet. primum prodimentum est laudatio.
procax enim laudat mulierem .d. Tu pulcior es omni muliere. nam non posset fingere
aliam pulcriorem. beata illa mater que te genuit. tam delicate nutrivit. tota pulcra es
amica mea et macula non est in te. Ecce tu pulcra es amica mea, oculi tui columbarum
favus distillans labia tua. quod non ardeat in amore tuo 2m est locutio. procax
enim dicit amasie sue. O si possem tecum loqui in secreto. bene esset tibi. nichil mali
nec quod ad confusionem tui accedat. Sed potius ad laudem et gloriam tui. O si scires
quam magnum sit quod dicta fuerunt pro te de te. vehementer exultares. Etiam plu
res fuerunt qui male locuti sunt de te quos ego dure increpavi. Tu credis quod illa
quam aplaudunt et confitetur. Sed retro te pungunt 3m prodimentum est promissio pro
cax enim promittit fidem amasie sue. quod ille nunquam nunquam diceret alicui. propter honorem
suum. et quod nunquam aliam cognosceret. Sed caveat sibi mulier fragilis. quia quam primum
consensit ei, divulgabit eam per civitatem quod talis est amasia sua. et habet eam pro re
beneplacitum suum. Nam quatuor sunt que non possunt celari .s. ignis. scabies. tussis.
et amor. Iste se ipsum manifestat ullo prodente 4m impedimentum est vel melius
prodimentum est copulatio. procax enim promittit se illam ducere in uxorem.
Cum autem satisfecerit libidini sue et cognoverit eam gravidam, recusat illam ducere.
Si autem vir promiserit eam in uxorem ducere et secuta fuerit copula carnalis. tenetur
eam ducere. Si autem aliam duxerit ista rejecta. non est illa uxor eius. Sed concubina
ut patet 5m prodimentum est comminatio. procax enim minatur juvencule. quod nisi consenserit
ei. divulgabit eam mentiendo per totam civitatem et manifestabit generationem eius et
abaxietatis quod mittit quibusdam juvenibus. sic fecerunt illi sacerdotes senes contra su
sannam. quam tamen deus protexit per danielem prophetam. daniel .13 6m prodimentum est fictio.
procax enim fingit se esse divitem et quod inducet eam velut nobilem. et dabit ei quicquid
ipsa petierit. immo omnia bona sua dabit arbitrio suo. cum ipsa videatur prudentissima.
et non curat de dote eius. immo ipse vult eam dotare de suo et tenere matrem eius libe
ralissime 7m prodimentum est immissio. procax enim committit alicui antique vetule
que tractat abaxietatem illius juvencule. et que ardet amore ipsius. et tanquam desperatus occi
det se ipsum nisi habeat eam. Et dicat illi aliquid mulier, et mittat donaria mittit
illi per istam antiquam. que confortabit eam. et illa juvencula fidens in ista consentiet
illi procaci etc. Certitudo peccatorum causatur ex hoc quod mulier .7. modis committit peccatum.
p° ornando visum et faciem suam ultra debitum. Unde Cyprianus libro de habitu virginum.

dicit sic. Non virgines tantum aut viduas. sed et nuptas puto et omnes feminas admonen
das quod opus dei et facturam eius et plasma adulterare nullo modo debeat, adhibito flavo colore
vel nigro pulvere aut rubore. aut quolibet lineamenta nativa corrumpente medicamine.
manus enim dei deo inferunt. cum illud quod ille formavit reformare contendunt. Impugnatio
ista est divini operis prevaricatio et veritatis. deum videre non poteris. cum oculi tibi non sint quos
deus fecit. sed quos diabolus infecit. hec ille. Unde mulieres fucatio de qua Cyprianus loquitur
est quedam species fictionis que non potest esse sine peccato. unde Aug. dicit in epistola ad posse
dium. fucare figmentis quo rubicundior ut candidior appareat, adulterina falla
tia est. qua non dubito etiam ipsos maritos se nolle decipi. quibus solis permitte
de femine ornari sinuntur, venia non sinuntur jussione. Sciendum quod non propter talis fucatio
est contra peccato mortali. Sed solum cum sit propter lasciviam ut in dei contemptum. in quibus casibus
loquitur Cyprianus. Nam aliud est fingere pulcritudinem non habitam. et aliud est occultare
turpitudinem ex aliqua causa provenientem, puta egritudine et aliquo huiusmodi. hoc enim
est licitum. quia sicut apostolus .i. cor. 12. Que putamus ignobiliora esse membra
corporis hiis honorem habundantiorem circumdamus 2° portando capillos alienos
aut ultra modum colorando suos. unde .i. pet. 3°. Sit non extrinsecus capillatura
aut circumdatio auri aut induitus vestimentorum cultus. Unde dicit glo. Cyprianus
Sericum et purpuram indute, christum sincere induere non possunt. auro et margaritis
ornate et monilibus. ornamenta mentis et corporis perdiderunt. hec ille. non autem pro
hibet mulieribus coniugatis ornari ut placeant viris, ne detur eis occasio pravis
galys. Nulla est mulier que vellet dormire cum muliere mortua ut haberet capillos
eius. quomodo ergo est ausa portare capillos mulieris mortue 3° dum est vestibus
ornata apparere ut appareat delectabilior. Nam muliebris cultus sepe viros ad la
sciviam provocat. prov. 7. Ecce mulier occurrit tibi ornatu meretricio preparata
ad capiendas animas. que laqueus venatorum est. hoc enim est dare viris incentivum pec
cati. Et si quidem hac intentione se ornet ut alios provocet ad concupiscentiam
mortaliter peccant 4° vanas cantilenas addiscendo. in quibus verba lascivia
ad luxuriam provocantia continentur. Nam corrumpunt bonos mores colloquia mala
ut apostolus dicit 5° faciendo vanis verbis. Mulier enim non debet cum viris loqui ea
per que vir possit ad lasciviam provocari. debet enim pro sua honestate esse taci
turna et ad necessitatem viri parata 6° molestatio in peccatis credendum. Tunc enim
amissa verecundia et pudicitia. effrenate peccat. Jerem. 3. Frons mulieris
meretricis facta est tibi. propterea noluisti erubescere 7° perseverans in peccato. Na
inprimis cum in profundum venerit peccatorum contempnit. Jo. ps. Non me demergat tempestas
neque absorbeat me profundum etc. Multitudo peccatorum causatur ex lascivia et va
nitate mulieris, quam deus odio habet. ps. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. et Odisti
observantes vanitates supervacue. Sunt enim due mulieres valde contrarie .s. domina honesta et
domina vana. Domina honesta mulier fuit apreciata a viro suo ratione fidelis
dispensationis. unde Os. osee. 2. Desponsabo te mihi in fide. unde vir fragit fidem
uxori quando peccat quo ad deum, licet quo ad mundum gravius offendat mulier quam
vir. quia supponit alienum filium et facit legiptimos sue hereditatis 2° ratione
sincere dilectionis. ephe. 5°. Viri diligite uxores vestras sicut et christus dilexit ecclesiam
christus autem dilexit ecclesiam ad eius salvationem, pro ea sustinendo passionem. propter eius

pectoris contritione. 3º contra vitia carnalis desponsationis. apoc. 12. Signum magnum apparuit
in celo, mulier amicta sole et luna sub pedibus eius. et in capite eius corona stellarum
duodecim. Nam domina honesta est ornata virtutibus splendens in conspectu dei. tamquam sol. scilicet
fide. spe. et caritate. omnis enim eius fides. spes et caritas est magis in deo quam in viro.
Luna .i. vanitas mundi. est sub pedibus eius. quia hanc apparentiam pulchritudinis et vanitatis
vilipendit. potius volens turpis apparere quam honestate. quam pulchritudini quam vanitati.
unde scriptum. fallax gratia et vana est pulchritudo. Et sic sol est pulchrior rebus mundi
sic mulier honesta est pulchrior rebus in domo viri sui. eccl. 26. Sicut sol oriens in altissimis
dei. sic mulieris ornamentum est domus viri sui. et sicut subtracto sole omnia corrumpentur
sic tota domus sine domina honesta est inordinata. In capite eius est corona stellarum 12.
propter 12. conditiones mulieris honeste. 1º est discreta. prov. 14. Mulier sapiens edificat
sibi domum. 2º est immaculata. eccl. 40. Edificatio civitatis confirmabit nomen.
et super hanc mulier immaculata computabitur. 3º est virtuosa. Ruth. 3º. Scit omnis populus
te esse mulierem virtutis. 4º est sancta per exemplum. Judith. 8. Ora pro populo
quia mulier sancta es. 5º est sobria. eccl. 30. Qui possidet mulierem bonam inchoat
possessionem. 6º est tacita in verbis. eccl. 26. Mulier sensata et tacita non est
immutatio erudite anime. 7º est verecunda in signo. eccl. 26. Mandata dei in corde
mulieris sancte. 8º est verax in sermone. Judith. 8. Omnia que locuta es vera sunt. 9º
est grata viro suo. eccl. 7. Mulier si est tibi secundum animam tuam non proicias illam. 10º est
diligens in opere. prov. 12. Mulier diligens corona est viro suo. XI. est obediens
viro suo. ephe. 5º. Mulieres subdite sint viris suis. 12. est misericors et elemosinarum
exhibitiva. prov. ult. Manum suam aperuit inopi et palmas suas extendit ad pau-
peres. Domina autem vana est mulier detestanda a viro. prov. 7. Et ecce mulier occurrit
in ornatu meretricio preparata ad capiendas animas. garrula et vaga, quietis impatiens
nec valens in domo consistere pedibus suis. nunc foris. nunc in plateis. nunc iuxta an-
gulos. etc. De hac vanitate potest dici. Signum magnum apparuit in celo .i. in obscuritate
mundi. Mulier amicta mole. et cauda sub pedibus eius. et in capite eius corona
stultitiarum 12. Cum enim mulier propter honestatem licite possit aliquam caudam deferre
scilicet quantum sufficere possit ad cooperiendos talos. si inclinaretur. sic et quidam vestes sunt
talares in veteri testamento. Excessus tamen caude in uno aut duobus brachiis panni
est omnino prohibitus propter multa. Primo quia hoc quod superflue expenditur est pauperum. Et
clamant nudi. clamant famelici. quid prosunt tot mutatoria extensa in
perticis. Nostrum est quod expenditis vane etc. Unde XI. luc. 6. Quod superest date
etiam. 2º. quia in hyeme cauda per cenum et lutum trahitur. et sic pannus corroditur.
Abacuch. 2º. Ve qui multiplicat non sua. 3º. quia cauda colligit pulveres
et inde generantur vermes. et tinee corrodunt pannum. Jacobi 5º. Vestimenta vestra
comesta sunt a tineis, et manducabunt carnes vestras sicut ignis. 4º. cauda
suscitat pulveres et offendit alios gradientes per viam. ps. In pulverem
mortis deduxisti me. Talem incensum porrigit domina vana tamquam clericus
dyaconus. 5º. cauda scopat vias et stratas. Maritus enim talis domine ut facit
et hanc caudam scopant bona pauperum. rapinis. usuris et huiusmodi. 6º. propter purgandum
hanc caudam oportet tenere famulum vel famulam. qui blasfemat talem dominam. et ideo
suscitatur rixa in domo si non sit bene mundata cauda. 7º. quia tales famuli
peccant in amissione temporis quo occupantur in purgatione caude. quod debent expendi

in opus honestum et talis domina est causa. et ipsa peccat mortaliter. 8º. Talis mulier assimilatur an-
cipitri qui non bene volat ad rapinam nisi habeat pulchram caudam. 9º. Talis mulier assi-
milatur serpenti propter fraudulentiam. qui cum caudam facit viam tortuosam ne cognoscatur quo
vadat. eccl. 25. Commorari leoni et draconi placebit quam habitare cum muliere nequam.
10. Cauda ista est sella dyaboli. Exemplum. Sanctus zeno dum semel iret per viam cum fra-
tribus vidit quandam mulierem cum longa cauda incedere. et cepit ridere. Requisitus
autem a beato ambrosio cur risisset. ait. Vidi quosdam demones dormientes super
caudam talis mulieris. et dum ipsa transiret per viam lutosam. elevavit caudam. et de-
mones in ea dormientes ceciderunt in lutum. Unde alii demones aspicientes illam mulierem
valde riserunt. propterea risi. Sanctus ambrosius oravit dominum ut et ipse videret que
sanctus zeno videbat. et exaudivit adeo eadem vidit. XI. cauda est receptaculum
oculorum pulicum. in qua recondunt. 12. Sicut pavo habet gloriam suam in cauda factam rotam.
sic talis mulier in cauda gloriatur. Sed domina vana est amicta mole. quia maxima generatur
peccata in sua vana exornatione. ysaie 3º. In die illa auferet dominus ornamenta
calciamentorum. et erit pro suavi odore fetor. et pro zona funiculus etc.
Nam in talibus excessibus offenduntur 12. modis. Primo offendit deum deformando
sibi factam et formam a deo datam. non propter occultanda macula. sed ad levitatem
et lasciviam ostendendam. et tunc peccat mortaliter. nec potest excusare. 2. offendit vir-
ginem matrem quam ipse redemit. dum eas ad peccatum provocat. ut et a bono ex-
citatio distrahit. 3. offendit beatam virginem. que summe diligit castitatem et hu-
militatem. detestatur autem lasciviam et superbiam. 4º. offendit angelos qui sunt dati
hominibus ad custodiam. eos impediendo a functionis ministerii sui. 5º. offendit sanctos
omne tempus sibi datum ad salutem et privatam expediendo. 6º. offendit sanctos per
indevotionem. ad missam stando. 1. cori. XI. Mulier orat velato capite propter an-
gelos .i. propter sacerdotes qui talibus vanitatibus contaminantur. vel propter angelos .i. propter
honores ad missam stantes et ad divina officia qui scandalizantur. vel propter angelos qui
adsunt celebrationi misse et officiorum. ps. prevenerunt principes coniuncti psallentibus
etc. 7º. offendit semetipsam. nutrit sine orationis perditione. ysaie. 1. Cum multiplica-
veritis orationes vestras non exaudiam. 8º. offendit semetipsam multipliciter infamando.
9º. offendit proximum in debitis aliorum retinendo. Nam si quis creditor debet here-
ditatem ad maritum domine vane. non propter exigentiam. propter superfluas expensas quas facit
[illegible] temptationem. concupiscat [illegible] etc. XI. scilicet dampnum marito domine honeste.
etc. 12º. proximum de ipsa murmurando. Talis domina vana sepius excusat se
dicens. ideo se pulchram facere ut placeat viro suo. Sed ista est excusatio in peccatis
quia vir eius magis videt eam in domo quam extra. Est enim mulier talis sicut taberna
vini. qui cum duplex habeat vinum in taberna. scilicet bonum et malum. servat bonum pro extraneis
quod est in taberna. et malum pro forensibus. Ista non domina vana dum exit
[illegible] quod non diligit eum. In capite domine vane corona .12. stultitiarum
propter 12 malas eius conditiones. primo est superbia quia se comparat voluntate. et vult
esse domina in domo. eccl. 25. Mulier si primatum habeat in domo. gravis est viro suo.
2º est odiosa propter infirmam gustationem. prov. 30. Per tria movetur terra. et quartum.

q̄ nō pot sustinerī. s. p odiosam mulierem cū dimicionis fuit assūpta. 3º cupida
s. p amore terrenorum. zacharie. 5º. Ecce due mulieres egredientes & habebant alas
q̄i alas milui q̄ est rapacissimus. 4º. est luxuriosa. Jere. 2º. In oī colle sublimi
& sub oī ligno frondoso prosternebaris tu meretrix. 5º. est ebriosa. eccī. 26. Mulier
ebriosa ira magna & contumelia & turpitudo illius nō tegetur. 6º. est clamosa
prū. 9º. Mulier stulta & clamosa plenaq3 illecebris & nihil omnino sciens. sedit in
foribus domus sue &c. 7º. est crudelis. eccī. 25. Negra mulieris immutat faciem
eius. et obcecat vultum suum tamq3 vrsus. 8º. est inverecunda. Jere. 3º. frons
mulieris meretricis facta est tibi. noluisti erubescere. 9º. est fallax in sermone. prū. 5º.
Ne attendas fallacie mulieris. nouissima autem illius amara q̄i absinthium. &
acuta lingua eius q̄i gladius. 10. est vaga. prū. 7. garrula & vaga et
quietis impatiens. 11. est dæmoniaca. luc. 13. Erat mulier habens spiritum immundum.
12º est fatua. prū. 11. Mulier pulcra & fatua. Cum ergo beata maria magdalena
his vitiis replecta fuit procul dubio deum offenderat. Ideo vides hanc
mulierem in statu offensionis. et sic patz primum.

2º. Vides hanc mulierem in statu conversionis. vnde gregorius in omelia hodierna dicit sic.
Cogitanti mihi de marie penitentia flere magis libet q3 aliquid dicere. Cuius enim cor ut saxeum
pectus hoc peccatricis lacrime ad exemplum penitendi nō emolliat. Considerauit enim quod
fecit. et noluit moderari quod faceret. Super conuiuantes ingressa est. non inuiss-
venit. et epulis lacrimas fudit. discite quo dolore ardet q̄ et epulas nō
erubescit. hec ille. Ad perfectam penitentiam requiruntur quatuor. Primum q̄ sit volun-
taria. cum est quedam medicina anime infirme peccatis. Curatio autem coacta nō
est salubris. si aliqua postea remaneat egrotatio. Ita et penitentia de vitio peccatoris
nō de vitio non est volūtaria. vnde dicit eze. ysaie 38. Recogitabo tibi omnes annos meos
in amaritudine anime mee. 2º q̄ sit interualis. Aqua enim penitentie nō perfecte lauat
animam a sordibus peccatorum. nisi ad intrinseca anime ingrediatur. Jere. 4º. Laua a
malicia cor tuum. 3º. q̄ sit penalis. Nam in vulneribus corporis quanto dolor est
maior in extractione ferramenti. ita in moribus mentis. pene sunt quedam medicine
quibus anima sanatur. ps. Quoniam ego in flagella paratus sum. et dolor meus in conspectu
meo semper. 4º. q̄ sit liberalis. q2 sicut in ciuilibus pena est satisfactoria
si sit voluntarie accepta. sic in moralibus. quanto penitentia est magis volunta-
ria tanto est magis satisfactoria. Ideo modica penitentia in homine viuente plus satisfacit q3 multa
penitentia in purgatorio. Perfectam penitentiam impediunt quatuor. Primum consuetudo duri-
tie. Sunt enim quedam anime ita dure sicut saxa. q̄ nulla compunctione aut inspiratione
valent immutari. sicut iudei ab initio fuerunt dure ceruicis quibus dicit eze. 36. Au-
feram a vobis cor lapideum & dabo vobis cor carneum. Tales enim nō sunt apti
ad penitentiam. sed ad eternam reprobationem. eccī. 3º. Cor durum male habebit in nouissimo.
hoc impedimentum nō fuit in magdalena. vnde dicit in euangelio. Mulier. nam mulieres faciliter con-
patiuntur infirmo propter mollitiem cordis sui. vnde puberatz dicit. Vbi nō est mulier
ingemiscit eger. et propter hoc faciliter inclinatur ad penitentiam. 2º. consuetudo firmata.
Nam consuetudo vertitur in naturam. et ita in necessitatem. Sic enim cibus malus pot
nō sumi. sed sumptus necesse nocet. Et sicut egritudines in veritate sunt incu-
rabiles. Sic consuetudo peccatorum firmat homini malum vt nō posset tolli. Jere. 13.

S. mutare potest ethiops pellem suam aut pardus varietates suas. ita nos poteritis benefacere cum
didiceritis malum. hoc impedimentum nō fuit in magdalena. Ideo dicit in euangelio. Erat. q̄ est
tempus preteriti imperfecti. q2 peccatum eius nō erat inueteratum. sed facile sanabile. 3º. dissensio
prouocata. Nam pugna contraria est inter rationem & passionem. inter intellectiuam & sensitiuam
partem. gal. 5º. Caro concupiscit aduersus spiritum &c. Et ad ro. 7º. Video in membris meis
aliam legem repugnantem legi mentis mee. hoc impedimentum nō fuit in magdalena. Ideo dicitur
in euangelio. In ciuitate. s. ytheli q̄ dicitur visio pacis. q2 anima perfecte contrita subiicit sibi pro-
nos suos. 4º innocentie estimatio. Sicut enim aliqui peccatores sunt fixa opinione existant se
innocentes. nō flectuntur ad penitentiam. Exemplum. infirmum nō vult recipere medicinam. qui existimat
se nō infirmari. vt patz in frenetitis & fatuis. Vnde dicit comitator. q̄ deus nunq3 fecit
de fatuo sapientem. 20 c. q2 nunq3 accessit ad christum. q̄ diceret & estimaret se fatuum.
& rogaret pro sapientia habenda. Jere. 2. Dixisti. cum innocens sum. absq3 peccato sum. propterea
dicit deus. ego iudicio contendam tecum. q3 vilis facta es nimis iterans vias tuas.
hoc impedimentum nō fuit in magdalena. Ideo dicit in euangelio. peccatrix. nō enim reputauit se inno-
centem. Perfectam penitentiam precedunt quatuor. Primum diligens inuestigatio. Nam qui penitentes
diligenter inuestigant. quomodo possunt inueniam dei inuenire. Canti. 2º. Surgam & circuibo
ciuitatem. queram quem diligit anima mea. Exemplum. Illi q̄ sunt deiecti a gratia alicuius prin-
cipis. querunt. quomodo valeant perfectam gratiam recuperare. patz de semey. q̄ cum prouocasset
dauid ad iram. quesiuit diligenter ut in gratiam rediret. 2. reg. 19. Sic magdalena. longa
inuestigatione quesiuit gratiam christi. quam tandem inuenit. vnde dicit in euangelio. Vt cognouit. &c. 2º.
diligens preparatio. Vnde penitens post inuestigationem solicite se debet preparare per bonum propositum et
firmam voluntatem. perseuerandi in bono. Exemplum. de filio prodigo. luc. 15. Sic magdalena
postq3 inuenit quem querebat sufficienter se preparauit ad perfectionem q̄ intendebat. vnde dicit in
euangelio. Attulit alabastrum vnguenti. voluntas enim est sic alabastrum per firmitatem boni
propositi. continens vnguentum preciosum. s. gratiam spiritus sancti. ysaie. 11. Spiritus domini super me eo
q̄ vnxerit me. 3º erubescens attritio. Nam vbi penitens veniens ante conspectum dei
omnia commissa debet vehementer erubescere. verecundia enim est passio quam incurrit appetitus
de aliquo turpi. & maxime in conspectu honestiori. Cum autem feditas peccati sit maxima et
turpissima. et puritas vultus dei sit honestissima. ideo peccator veniens ante conspectum
dei per penitentiam debet vehementer erubescere. contra quod dicit Jere. 3. Frons mulieris meretricis facta
est tibi. noluisti erubescere. Sic magdalena. postq3 preparata venit ante faciem christi. ducta de
peccatis contritione. maxime habuit verecundiam. vnde nō stetit ante conspectum christi. sed querebat se
occultare. vnde dicit in euangelio. Et stans retro. s. vultum christi. ferre nō sustinuit. 4º. inclinans
humiliatio. Nam perfecte penitens debet semper perfecte humiliari. q2 sicut contrarius curatur contrario
ita peccatum ex superbia procedit. cum ullus peccet mortaliter nisi ex inobedientia contraria diuinorum preceptorum. Nam eccī. 10. Initium q̄ peccauerunt per superbiam perdiderunt de populo suo. quia aduersus deum
rebelles fuerunt. Sic magdalena. postq3 erubuit. seipsam humiliauit. vnde dicit in euangelio. Secus
pedes domini. s. humiliter se prostrauit. ut sic faciliter misericordiam adeo consequeretur. Perfectam penitentiam
concomitantur quatuor. Primum confessio pura. Nam sicut aqua munda inquinata carnis
abluit. sic confessio pura sordes mentis diluit. ps. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam
meam domino. et tu remisisti impietatem peccati mei. q2 nō in diluuio lacrimarum peccata nostra dimittuntur
sed et elongantur. vnde dicitur. Verumtamen in diluuio aquarum multarum ad eum nō approximabunt. hanc
confessionem habuit magdalena. quam signat pedum ablutio. et ipsa lauit pedes ihesu. vnde dicitur
in euangelio. lacrimis cepit rigare pedes eius. 2º. satisfactio perfecta de peccatis in confessione.
Nam sicut per confessionem abluitur culpa. ita per satisfactionem q̄ fit in penitentia dimittitur pena

et abstergit. ps. 3. licor vulneris sanat mala. i. opus satisfactionis abstergit penam
ad quam peccator erat obligatus persoluenda. duruisset enim alio seculo, si non persoluit in isto.
hac satisfactionem habuit magda. quam significat pedum abstersio. et ipsa abstersit pedes yhesu. Jo. dicit
in eius. Et capillis capitis sui tersit. licet ei per actum confessionis ablata culpa. non tamen pena. Aliqui
fuit. imponitur pena post confessionem. 3o. recordatio consumata. post perfectam satisfactionem. Nam
post plenam satisfactionem, anima deo reconciliatur. quia si illis tunc moreretur. statim ad celum assumeretur.
hac recordationem habuit magd. quam significat actus osculandi. Jo. dicit in eius. Et osculabatur
pedes eius. Cum ei mutuo reconciliatur solet osculari. Unde dd quando reconciliatus sibi absalon.
osculatus est eum. 2 reg. 14. 4o. consolatio amena post reconciliationem. dignum enim erat actus
tuos sic ut delectationem afferat post tristiciam. sicut actus virtuosus vitiosus relinquit tristiciam
post delectationem. Prov. Extrema gaudij luctus occupat. Salom. Risus dolore miscebitur
Unde angelus bonus in principio visitationis sue conturbat. sed postmodum letificat. luc. i. Cuius angelus
malus. hac consolationem habuit magd. quam significat actus unctionis. Jo. dicit in eius. Et un-
guento ungebat. Unde vehementer exhilarata fuerat ex delectatione que debriata spi-
ritu unguenta patebat fragrans hodie manifestatis. sua prima non occultans. in cospe-
ctu convivatu cuncedens. domum aleonta absque lumine in rueb. que importuna quomodo. opportune
bus. Unde ex post sententia duxit verum. Ut patet:—

3o. vides hac mulierem in statu satisfactionis. Nam quia peccata multa habuit. ideo multiplex satisfecit.
Primo per opera pietatis et misericordie. quia xpum pauit. Jo. xi. fecerunt autem ei cenam martha et maria
xpum hospitio recepit. luc. x. Intrauit yhesus quoddam castellum. etc. xpo tribulato condoluit.
Jo. 19. Stabat iuxta crucem yhesu mater eius. et magda. xpo sepulto exsequias prebuit.
mar. 16. Maria magda etc. emerunt aromata ut venientes ungerent yhesum. 2o. per opera
humilitatis et penitentie. quia offenderat deum oculis. capillis. ore. unguento. Jo. in hijs omnibus
satisfecit. s. de oculis. lacrimas emittens. Capillis pedes tergens. ore. pedes osculans.
unguento pedes ungendo. greg. Quot in se habuit oblectamenta. tot de se invenit holo-
causta. Convertit ad numerum virtutum, numerum criminum. ut totum seruiret deo in penitentia quod
deum contempserat in culpa 3o. satisfecit per opera liberalitatis et gratie. Nam xpo dedit munus
a corde. cum dicitur. dilexit multum. munus ab ore. cum dicitur. osculabatur pedes eius. munus
amantis. cum dicitur. unguento ungebat. munus ab obsequio. cum dicitur. lacrimis cepit rigare
pedes eius. Ista quatuor xpo sinus hospitibus exhibebat. quod phariseus xpo exhibere contempsit
s. munus a corde. quia recipiebat eos. ex caritate. hac caritate phariseus xpo exhibere
contempsit. quia parum dilexit. Jo. dicit. Cui minus dimittitur. minus diligit. Exhibebat
munus ab ore. s. osculum quod significatur seruus hospitij. Istud phariseus non habuit. quia xpo osculum
non dedit. Exhibebat munus amantis quia ungebat caput ad refrigerium. Istud pha-
riseus non habuit. quia caput xpi non unxit. Exhibebat munus ab obsequio quia lauabat
eius pedes pro labore itineris. Istud phariseus non habuit quia pedes xpi non unxit.

4o. vides hac mulierem in statu affectionis. Nemo enim potest venire ad deum, nisi ab ipso
trahatur. Jo. x. Nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit eum. Traxit autem xpus
Magd. quatuor funiculis. Primo sua amabili visione. In facie enim eius xpi splendor
diuinitatis relucebat. quia ad se peccatores trahebat. hieron. Certe fulgor et ma-
iestas diuinitatis occulta in humana facie relucebat. Nam ad se trahere poterat suo aspe-
ctu. ps. Valde amabiles eos et fratres tuos. plena est gratia 2o. potenti dignatione.

Sicut in magnete lapide hec virtus est. ut anulos et festucas sibi copulet. Quanto
magis dominus omnium creaturarum ad se trahere poterat quos volebat. Ut dicit hieron. 3o. cordiali
inspiratione. quia cum omnes. Quid miraris fratres. maria veniente. an deus suscipiente. suscipien-
te deo, an trahente. dicam melius. suscipiente et trahente. quia nimirum ipse eam per misericordiam
traxit intus. et per misericordiam suscepit foris. 4o. odorifera gustatione. can. i. Trahe me post
te curremus in odore unguentorum tuorum. b. Omnis propter mansuetudinem quod in te predicatur domine
yhesu curremus post te audientes quod non spernis pauperem peccatorem non horreas. non publicanum
supplicantem, non penitentem lacrimantem. etc. 5o. deuota oratione. Orationes enim sunt quidam funiculi
per quos nos ad se deus trahit. Augustinus. Quem trahat et quem non trahat. quare istum trahat. et
illum non trahat. noli velle inuestigare. si non vis errare. Nondum traheris. ora ut
traharis etc. Et sic patet quartum —

5o. vides hac mulierem in statu protectionis. Nam ipsa habuit. 7. murmuratores contra se.
Primus fuit phariseus. Jo. dicit in eius. Videns autem phariseus qui vocauerat eum etc.
Et iste murmurabat ex superbia 2o. fuerunt sedentes. ibidem. Unde ceperunt quidam qui simul
accumbebant dicere intra se. quis est hic. etc. Et isti murmurabant ex inuidia. 3us fuit
martha. luc. x. Domine non est tibi cure quod soror mea reliquit me solam mini-
strare. Et ista murmurabat ex zelo ut laboris angustia. 4us fuit judas.
Jo. 12. dixit quoque judas. Quare unguentum istud non venijt 300. denarijs. et
datum est egenis. Et iste murmurabat ex auaritia. quia fur erat 5us. fuerunt disci-
puli. mat. 26. Indignati sunt discipuli dicentes. Ut quid perditio ista unguenti facta
est. Et isti murmurabant ex indiscreta ira 6us. fuerunt angeli. Jo. 20. videt duos
angelos qui dicunt ei. Mulier quid ploras. Et isti murmurabant ex leticia 7us.
fuit xpus. Jo. 20. qui dixit ei. Noli me tangere. Et iste murmurabat propter
fidem maddalene imperfectam. Unde dixit ei. Nondum enim ascendi ad patrem meum.
s. in corde tuo. Licet circha murmuratorum pharisei sciendum quod phariseus in corde suo
murmurabat. quinque modis. quibus xpo redebat per singulas partes euangelij Primo.
cum adduxit. xpus redit. dicens Ego qui hunc mundum veni peccatores saluos fa-
cere. ipsam in mundam. ipsam vocaui. Cum dixi. Si quis sitit veniat ad me
et bibat. non quasi temerarie. sed prudenter accessit. Non enim domum tuam intraui propter
sumendum tuum cibum. sed ad reficiendos peccatores et sanados egrotos. quia meus cibus
ut faciam vo. patris mei. etc. 2o. dicebat. Ista mulier est vaga et instabilis. motus eius
xpus redit. dicens. Omnia vana mundi contempsit. stabilisque animo ad fontem misericordie accessit
lauanda. non decipis casura in peccatum. Unde dicit in eius. Ut cognouit quod yhesus. i. sal-
uator accubuisset in domo symonis leprosi. Ecce quod fuit vocata. attulit alaba-
strum. i. firmum propositum. in ipsa perseuerans 3o. dicebat. Ista mulier sine rubore et verecundia
turpiter. fronte inuerecunda et presumptuose huc accessit. xpus redit. dicens. Aduertas se
bubissime magnis scandalum toti ciuitati erubesset coram nobis apparere. Unde habuit ac
cedens. stat retro. peccatis sibi indulgere 4o. dicebat. Ista mulier non recognoscit
peccatum suum. quia cum arrogantia veniens salutans. neciens reliens. nec inclinans.
ad nos introiuit. xpus redit. dicens. Omnia cogitat. pro sua. et se cum dicit deum et homines offen-
disse. non salutat. non veretur homines. quod eos ad peccatum alliciebat. ut prius fatetur
bat. sed mutatis moribus, manum dei compellat. ideo stat secus pedes domini 5o. dicebat

nos hebamus colloquia valde honesta propter quod augebatur in nobis devotio et consolatio
et ista mulier venit ad consolandum nos. Christus respondit dicens. gaudium est angelis dei super uno peccatore
penitentiam agente. quam super nonagintanovem iustis qui non indigent penitentia. Unde non interrupit
consolationem nostram. sed sua penitentia nos letificat. Ideo lacrimis pedes domini lavat. 6°. dicebat.
Ista mulier consumpsit corpus suum unguentis luxuriose gaudens et delectans. modo autem venit
ut fricet consolationibus et deo devotis. Christus respondit dicens. Non venit fricare cum abluerat
omnia delinquentia ad fornicationem. sed secundum legem venit ad sacerdotem aspectus suos mundari. Ideo
capillis capitis sui tergit pedes domini. Unde obsecro vos deputat. quos ad peccatum prius
exponebat. 7°. dicebat. Ista mulier venit propter fallaciam et proditionem. sicut legitur 2. regum. 20.
de Ioab. qui osculans amasam ipsum occidit. forte aliquis promisit sibi magnum thesaurum. si nos
in eius compipinam adduxerit. Christus dicit. Ista mulier ex devotione osculatur pedes domini in
signum reconciliationis. quia ei fuerat dei inimica. ideo osculatur pedes domini. ad innuendum
quod erat deo reconciliata. 8°. dicebat. Ista est mulier fatua et imprudens. Nonne potuit
expectare in alia hora et forte magis sobria. Christus respondit dicens. Non est fatua sed pru
dens. quia sobria. Non tardes converti ad dominum deum tuum. et ne differas de die in diem. non
debet expectare horam magis sobriam. quia in quacumque hora ingemuerit peccator et conversus
fuerit ad dominum, omnium iniquitatum eius quas fecerat. non recordabor. ideo unguento precioso
unxit pedes domini. et domus. i. ecclesia impleta est ex odore unguenti. 9°. dicebat.
Iste Christus dicitur esse filius huius mulieris. quia si hic esset propheta, sciret utique que et qualis
est mulier que tangit eum. quia peccatrix est. Christus respondit dicens. Symon habeo tibi aliquid dicere. recte
usque recte iudicasti. Unde Christus ondit se esse verum deum. qui venit condonare peccata. Tu
petis rationem. dicitur. Erras pharisee. lutum tangit sol. sed non mutat solem. Medicus
cum tangit vulnera, putredo non corrumpit. iudicium quemvis tangit reus. maculare
non potest. Ideo dicit Christus mulieri. Remittuntur tibi peccata tua. fides tua te salvam fecit. Vade
in pace et sic patet.

E[r]go. vides hanc mulierem in statum glorificatoris. Nam Christus de ea dixit. luc. x. Maria
optimam partem elegit que non auferetur ab ea. Per quod verbo denotatur Christus partem marie
fore maioris glorie. quam partem marthe. Inseptem. primo. maria elegit optimam partem. i. dulci
orem. quia vita contemplativa hic incipit. et in celesti patria perficitur. quia amoris igne qui
hic ardet incipit. cum ipsum quem amat viderit, in amore amplius ignescit. 2°. meliorem
. i. quietiorem. quia vita activa in labore corporis consistit. contemplativa non est otio metus.
Io. xi. Maria autem domi sedebat. glo. Maria sedet. quia in Christo mentis requie fruitur.
3. meliorem. i. digniorem. quia activa corpore ministrat Christo. contemplativa non spiritu mi
nistrat deo. ps. Michi autem adherere deo bonum est. ysidorus. Contemplativa vita est que
vacat ab omni negotio, et in sola dilectione defigitur. 4°. meliorem. i. pulchriorem. Rachel
enim erat pulchra facie. lia lippis erat oculis. gen. 33. Unde enim eius vie pulchre. 5°.
meliorem. i. securiorem. quia activa cadit per viam ubi sunt pericula. Contemplativa
verbo per ocelum. genesis. facile evadit laqueos inimicis. qui mente habet celos. pri. 4°. c°.
Omnes semite eius pacifice. 6°. meliorem. i. profundiorem. et carniorem. quia activa inferior
est. contemplativa non parior. quod significatum est in archa noe. que inferius erat lata. et superius
in cubito consumata. gen. 6. 7°. meliorem. i. iocundiorem. et devotiorem. quia maria
unxit. martha non pinguit. Nam Christus in ressurrectione sua primo marie apparuit. ioh. 20.
2°. more solito eam alloquens est. ut quem non cognoscebat videns, cognosceret audiens.

quem dixit ei. Noli me tangere. 3°. sic palpandum et probans. quia mulieres accesserunt et tenue
runt pedes eius. 4°. officium apostolatus et in magnis. cum dixit. Vade ad fratres meos et dic eis.
Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum. deum meum et deum vestrum. Io. 20. Ut sic cognosceret
ipse gaudia sine glorificationis per ipsum Christum dominum nostrum. Amen.

In festo sancti Iacobi apostoli.

Sedeat unus ad dexteram tuam. matth. 20. et in evangelio presentis solempnitatis. matth. 24. dicitur. Duo
erunt in lecto unus assumetur et alter relinquetur. Super quo verbo thema moneo
quomodo. ut beatus Iacobus venerabilis assumptus fuit ad spiritualem dispensationem. quod
Christo attinebat secundum temporalem cognitionem. Ad istum quomodo rendent duo de ecclesie.
Primus est beatus Augustinus. super epistolam Iacobi. 2°. Nolite in personarum acceptione fidem habere domini
nostri ihesu Christi. dicit sic. Quis ferat si quis divitem eligat ad sedem honoris ecclesie.
contempto paupere instructiore et sanctiore. hec ille. 2°. est sanctus thomas. 2a 2e. q. 63. ar. 2°.
dicit sic. Circha consanguineos distinguendum est. quia quandoque sunt minus digni et simpliciter
et per respectum ad bonum commune. Et sic si dignioribus preferantur est peccatum personarum accep
tionis in dispensatione spiritualium. quandoque non consanguinei sunt eque digni ut alii. et tunc
licite possunt consanguinei absque personarum acceptione aliis preferri. quia saltem in hoc preminent
quod de ipsis maiorem fiduciam habere potest. ut unanimiter secum negotia ecclesie tractent. hec thomas.
Tercium quod ad dignitatem ecclesiasticam potest quis assumi. quatuor modis. Uno modo attenta conditio
ne non sanctitate ad eum propter quam sit dignus hoc dono. exemplum. Si quis promoveat petrum
ad platum ut magistrum. quia est dives ut quia est consanguineus suus. et tunc est peccatum
acceptionis personarum. deuteronomio. 16. Non accipies cuiusque personam nec munera. Consa
quinitatis enim facit aliquem dignum. ad hoc quod instituatur heres patrimonii. non autem ad
hoc quod conferatur ei platio ecclesiastica. 2°. attenta conditione sanctitate ad eum dignitatis
vel debita. Exemplum. Si quis promoveat aliquem ad magisterium propter sufficientiam suam. hic
attenditur causa debita. et non persona. Et sic maioris dignitatis est ille qui magis habundat
in spiritualibus bonis et gratie donis. Unde glo. super illud. ephe. 6. Non est personarum
acceptio apud deum. dicit sic. Iudex iustus causas discernit, non personas. 3°. modo attenta
conditione boni communis. Exemplum. Ille qui est minus sanctus et minus sciens potest magis conferre
ad bonum commune propter potentiam et industriam secularem. Et quia dispensationes spiritualium principaliter
ordinantur ad utilitatem communem. secundum id. i. cor. 12. Unicuique datur manifestatio spiritus
ad utilitatem. ideo quandoque absque acceptione personarum in spiritualium dispensatione, illi qui sunt
simpliciter minus boni, melioribus preferuntur. sic et etiam deus gratias gratis datas. quandoque concedit
minus bonis. Unde ex de officio custodis. c°. ultimo super verbum. Sanctiores. dicitur. quod
sufficit eligere bonum. non autem requiritur quod aliquis eligat meliorem. quia sic omnis electio
posset habere calumpniam. 4°. modo attenta liberalitate assumentis. quod si gratis datur
aliquid quod ei non debetur. Et talis est collatio munerum gratie. pro quo peccatores assumuntur
a deo. Et in hac donatione non habet locum acceptio personarum. quia apud deum nulla potest esse
iniusticia. Nam quilibet potest absque iniusticia de suo dare quantum vult et cui
vult. secundum illud. matth. 20. An non licet michi quod volo facere. tolle quod tuum est et vade.
Et sic dixit Christus Iacobo et Iohanni filiis zebedei. Sedere meum ad dexteram
ut sinistram non est meum dare vobis. sed quibus paratum est a patre meo. quod exponitur
quadrupliciter. secundum Crisostomum. Non est meum dare vobis. quia non habeo id a me. sed
a patre. secundum rabanum. Non est meum dare vobis, sine vestro merito et labore. secundum
regulam. Non est meum dare vobis. talibus quales vos estis. scilicet superbis et am

bitiosis. s3 humilib3. s'm hiero. No est meu dare vobis, rone carnalis cog-
tionis. s3 electionis eternalis. Dicit at Criso. Qd desiderare bo opus bo e. q2
est nre volutatis 2 nra merces. desiderare pmatu terrene vanitas est. desiderare
pmatu ecclasticu vanitas 2 fatuitas est. q2 oz qst sup subditoru. desiderare
pmatu celeste. temeritas e. desiderare ipm ex meritis promeditia e. Quia
no Jacob desideravit remunerationem celeste 2 gliam ex meritis cu xpo itrogat
potestis bibe calice que e° bibiturus sum. rndit. possumus. Jo pz xpo ut. Se
deat unus ad dextram tua p pdestinatom eternalis electois. sm d. Elegit nos in
ipo an mudi qstitutiom 2c.

Sedeat unus ad dexteram tuam.

- Per electionem.
- Per humiliationem.
- Per assumptione.
- Per predicationem.
- Per passionem.
- Per glificatione.
- Per subvectione.

P°. Sedeat unus 2c. p electionem. Diuina ei electio non
attedit qsanguinitate. ut pz i filijs zebedei cognatis
suis. quos no elegit ad custodia ecclie. s3 petru. nec
et ad reg' sine merito. quibz dixit. Nescitis qd petitis.
Multis ei grauat' dus q eligut ad platures eccliasticas.
qsanguineos. p abachuc. 2°. d. Ve illis q edificant syon
i sanguinibus. figura. Judic. 20. de Abimelech
spurio qui voles regnare sup sichimitas. ut. Cosiderate q2 os vnu 2 caro
vra su. 2 promotus occidit. 70. fres suos. vno excepto. 2°. diuina electio no
attedit nobilitate. baruch. 3°. Ibi fuert gigates noiati illi q abinitio fuerut
statura magna scietes bella. nos hos elegit d's. i. cor. i. Videte vocatione
vram fres. q2 no multi sapietes sm carne. no multi potetes. no multi nobiles
s3 q stulta st' mudi elegit deus ut qfudat sapietes. et q isrma mudi sut elegit
ut qfudat fortia. 2 ignobilia mudi 2 qteptibilia elegit d's 2c. 3°. diuina electio
no attedit fragilitate. ysaie. 3°. Dabo pueros pricipes eoru. et effeminati
dnabut' eis 2 coruet pplus. Et' leuitic. a 25. anis 2 sup debebat ministrare
i tabnaculo dni. ut hz leuitici. 4°. 4°. diuina electio no attedit l' pusillanimi
tate. deut. 20. Qui formidolosus e 2 corde pauidus reuertat'. 5°. diuina electio
~~no attedit~~ reprobat supbie vanitate. ut pz i chore dathan 2 abiron. qt qs
deserit ira dei. q2 post supbia 2 violetia volebat accipe summu sacdotiu
nu. 16. et i ozia qui pcussus e lepra, qm psumebat adolere icesum coram
dno. 2°. paral. 26. 6°. diuina electio reprobat fltate. Osee 4. Quia tu
sciam repulisti repellam te. ne sacdotio fugaris m. Et ysaie. 22. hc dicit
dns d's exercituu. Vade 2 igredere ad eu qui hitat i tabnaculo ad Sobnam p
positu tepli 2 dices ei. quid tu h'. aut qi quis hic. quia excidisti t' hic
sepulcru. excidisti t' i excelso memoriale. diligeter ipetr tabnaculu t'. Ecce
dns apportari te faciet sic apportat' gallus gallinatius. 7°. diuina electio
reprobat cupiditate ut pz i Jasone. 2. machab. 4°. Quia no qda ystoria
erat i Jacobo. io xpus refrenauit petitom eius. Est aut qsiderandum qd btus
Jacobus ex diuina electoe pp quatuor. P°. rone religionis. Na bta a
na huit p° viru Joachi. de quo genuit btam virgine matre x. quo
mortuo accepit 2° viru cleofa. de quo genuit alia maria matre
Jacobi minoris. Joseph iusti. Symonis 2 tadei. quo mortuo accepit 3m
viru. Salome. de quo genuit 3am maria matre Jacobi maioris 2

Johnis euaglste. hec at pp xpm viru sum reliqt. Criso. No eni vicit maritalis
affectus. q2 ille tpalis erat maritus. ille aut eternus sposus. Cognouit ei q aplus
pdesset marito suo. si pp deu reliquet viru. q3 si pp viru reliquet deu. Cui' reli
gione 2 ad xpm reuerentia btus Jacob valde approbauit. et ipam i h° bono pposito
qfirmauit. suadentes zebedeo pri suo ut sup h° no qtstaret'. qm sic eet voluntas dei.
cui nemo resiste' pt. 2°. rone vocatois. Nam ut dr. mt. 4°. Ambulas yhs iux mare
galilee vidit duos fres Jacobu 2 Johne fres eius q zebedeo pre eoru reficietes retia sua
2 vocauit eos. Illi at relictis retibus 2 pre secuti sut xpm. Cu ei xps sit lux mudi
q se eu illumat'. Jo. 8. Ego su lux mudi qui se me. no ambulat i tenebris. s3 hebit
lume vite. 3°. rone annumeratois. fuit ei 3' it aplos. p'mus fuit pet'. 2us. Andreas. 3us
Jacobus ut dr. mt. 10. 4°. rone scificatois. xpus ei discipulos suos baptizauit. Jo. 14
Jam vos mudi estis pp smone que locutus su vobis. Et it'. Qui lotus e no iiget
nisi ut pedes lauet'. i quo tbno puritate innocetie assecuti sut. q3 mus ipeut. ple
nius scificati fuerit. p aduetu sps scti. ps. Ego at i innocetia mea igressus sum.

2°. Sedeat unus ad dextram tua p humiliatom. Vn Ambros. Qui sps cupit diuinitatis
tene fastigia. humilitatis yma sectet'. quicuqz vult fretm pueire regnu°. prius
illu pueiat obsequio. sicut ait aplus. honore iuice pueientes. vicat eu offitijs
ut possit eu vices scitate. h° ille. Dicu q mr Jacobi 2 Johnis q vocata e
maria salome. huit oppione regni ex h° q dus dixerat. die 3a resurgam. puta
bat eu illico regnaturu. et auiditate feminea putia cupiuit immemor futuroru.
ambitio ei filioru eius appet i qtuor. P°. i submissione. Rogaret ei fuert i h° qd
p se no petieret. s3 mrem submiserut. tn ne ceteros qdiscipulos scadalizarent.
Criso. Si nos rogamus magnu, forsitan ceteroru fuim corda grauimus. tn ut sa
alis ipetret. Criso. Ipse dus q matnos aios filioru inspiratione iplevit.
facilius exaudiet matnu affectu. tn q2 si no discrete petierit xpus sibi facilius
idulgeret. Criso. Si rephesibilis fuit iuecta. facile merebit' veniam. ipe sex'
excusabit errore. 2°. i excusatione. Nam petere pmatu p aliqu°, ipo ignorante
tollerabile e. p qsciencie rephesibile e. pro se aut vitupabile e. hic at ut
excusaret' ab ambitois nota matre submiserut. ne viderent' ipi petere. 3°. i diuisione
Nam xps brugue ipos rephedit d. Nescitis qd petatis. Criso. brugue eos rephedit
no ei dixit. no scdbitis. ne duos qfudaret. nec dixit scdbitis. ne ceteros irritaret.
Matre aut noluit rephede. pp simplicitate antiqtate. 2 matnu amore. s3 dixit
eis. potestis bibe calice que ego bibiturus su. Illi aut rnderut. possumus. no itelligetes
de calice passionis. que et no potuerut viribus suis bibe. si gra dei no adiuuisset
eos. q pz i passione xpi. i qua os relicto eo fugerut. mt. 24. 4°. i zelatione
seu vindicatione. Nam zelo dni iflamati voluert ut igis descederet de celo.
2 qsumeret samaritanos. quibus xps dixit. Nescitis cuius sps estis. filius hois
no venit aias pde'. s3 saluare. luc. 9°.

3°. Sedeat unus ad dextram tua p assumptom. Fuit ei btus Jacobus cora xpo
in vita sua vald' gratiosus p eius assumptom quadruplr. P°. Cu xps huit
72. discipulos. si voluit eligere ad qdam singlaria fata. duodecim ex illis. Iste
fuit vnus ex illis 12. qui i aplatu e assumptus. 2°. si xps voluit face' gram
q aplis. i reuelatoe misterioru dei. iste fuit assumptus i eis. m'. 13. 3°. si xpus
voluit face' gram tribus. iste fuit vnus ex illis. q2 pet'. Jac' 2 Johem assump
sit ad sua gloriosam tussiguratom. mt. 17. 4°. si xpus voluit ondere potetia
sue diuitatis i miraclis cora tribus aplis. iste fuit vnus ex illis ut pz i susci
tatione puelle archi. luc. 8. Magna e g° Jacobi gradatio ex assumptione.

4°. Sedeat unus 2c. p pdicatom. Vn mt. 10. dr. yhus qvocatis 12. discipulis
suis dedit illis ptate sup oia demonia ut eicerent ea 2 curaret omnez lan
gore 2 omne infirmitate. proptes eis 2 d. Euntes pdicate dicetes. q2 app

predicavit regnum celorum. Infirmos curate. mortuos suscitate. leprosos mundate.
demones eicite. Hec ibi. Beatus Jacobus post ascensionem domini cum per Judeam et Samariam
predicaret. In hispaniam tandem ivit ut ibi verbum domini seminaret. Sed .9. discipulos ac-
quisivit. tandem modicum ibi proficiens in judeam rediit. Ubi quatuor magna fecit.
Primo philetum convertit. Nam cum in Judea predicaret. Hermogenes magus cum phariseis
discipulum suum nomine philetum misit ad Jacobum convincendum. Cumque Jacobus philetum
redarguendo convicisset et multa miracula coram eo fecisset. scilicet cecos illuminando. infirmos
curando. leprosos mundando et mortuos suscitando. tandem philetus ad fidem conversus
est. 2º. artem magicam subvertit. Nam Hermogenes perditus videns philetum ad
fidem Christi conversum. iratus arte sua magica eum immobilem fecit. dicens. Videbimus si Jacobus
tuus te solvet. Quod cum philetus Jacobo per puerum nunciasset. misit ad eum Jacobus
sudarium suum. dicens. Accipiat sudarium et dicat. Dominus erigit elisos et ipse solvit
compeditos. Statimque ut sudario tactus est solutus est a vinculis. 3º. demones
accendit. Nam Hermogenes iratus demonibus precepit eis ut Jacobum cum phi-
leto ad se adducerent volens se de ipsis vindicare. Venientes autem demones ut
iussa perficerent in aere ululare ceperunt. dicentes. Jacobe apostole miserere nobis. quia
antequam tempus nostrum adveniat ardemus. Nam angelus dei cathenis igneis nos re-
ligatos tenet et cruciat. 4º. Hermogenem ad penitentiam adduxit. Nam Hermogenes
ligatus a demonibus ad Jacobum adductus est. a quo cum peterent demones licentiam seviendi
in eum. non consensit hoc Jacobus. Sed ait phileto. ut bona pro malis reddamus. tu
Hermogenem solve. quo soluto. ait Jacobus Hermogeni. Vade liber quo volueris
non enim est legis nostre ut invitus quis convertatur. Ille autem pro timore demonum suscepto ba-
culo Jacobi abiit et omnes libros artis magice ad Jacobum adduxit. quos ille
in mare proici iussit. quibus proiectis Hermogenes penitentia ductus fidem Christi susce-
pit. predicavit et virtutes plurimas in Christi nomine fecit. Unde multos convertit. —

IIº. Sedet rex per passionem. Sic enim Christus intravit in gloriam dei passionibus sine miro.
Luc. 24. Hec oportuit Christum pati et ita intrare in gloriam suam. Et sic modo fideles
intrant in gloriam dei per passiones. Act. 14. per multas tribulationes oportet nos intrare in
regnum dei. ut celorum. Et ad Ro. 8. Si filii et heredes. heredes quidem dei coheredes autem
Christi. Si tamen compatimur ut et simul glorificemur. Beati Jacobi passio commendatur ex quatuor.
Primo ratione demonstrationis. Cum enim Christus dixisset ei. Calicem quidem meum bibetis. ut
sciret de quo calice loquebatur tempore sue passionis vadens ad ortum ut oraret secum
assumpsit Jacobum cum petro et Johanne. dicens. Pater si possibile est. transeat a me calix iste. 2º
ratione consultationis. Cumque enim apostoli dispergerentur per mundum ad predicandum, congregato consilio
in Jerusalem. symbolum composuerunt. in quo quilibet suum articulum posuit. Jacobus autem
3um articulum posuit. dicens. Qui conceptus est de spiritu sancto. quos articulos [illegible] predicaverunt
et scripturis sacris exposuerunt ut patet in actibus apostolorum. pro quorum tamen defensione
mortem subire non dubitaverunt. 3º. ratione miraculose operationis. Nam cum du-
ceretur ad decollandum. convertit Josiam qui funem in collo eius trahebat. qui et baptizatus.
Cumque transiret per viam ad passionem paraliticum in via iacentem perfecte sanavit. 4º.
ratione premiationis. Nam primus inter ceteros apostolos passus est capitis obtruncatione.
licet et cum eo decollatus fuit Josias. Et sic primus inter eos premia eterna vidit. —

IIIIº. Sedet unus ad dexteram per glorificationem. Nam eius anima sedet ad dexteram per
contemplationem divinitatis et humanitatis Christi. Eius autem corpus sedet ad dexteram per mi-
raculosam translationem in qua ostendit miracula in quatuor elementis. Primo in aq-

quia discipuli mari se exponentes sine remige tranquillum mare habuerunt. Primo in mari
via tuta et secura in aquis multis. 2º. in aere quia ventus secundus eis flavit. qui
eos in portus deduxit. Primo deduxit eos in portum voluntatis eorum. 3º. in terra. quia cum
corpus in terra super unum lapidem posuissent. mox lapis cessit. et in sepulchrum se mi-
rabiliter coaptavit. 4º. in igne quia draconem ignem spirantem virtute crucis per me-
dium [illegible] occiderunt discipuli qui portabant. Post. Conculcabis leonem et draconem. —

IIIº. Sedet rex per subventionem. Nam in omni statu beatus Jacobus subvenit suis devotis
fidelibus scilicet morientibus. peccatoribus impetrat peccatorum remissionem. sicut refert beda
de illo qui peccatum in cedula scripsit. et remissionem promeruit. Morientibus subvenit
contra demonum infestationem. sicut patet in illo cui laboranti in extremis apparuit beatus Jacobus
et burdone utens pro lancea et sacculo [illegible] pro scuto demones effugavit.
Mortuos protegit ne incurrant eternam dampnationem. sicut refert hugo de sancto victore
De quodam vadens ad sanctum Jacobum cum suasu demonis se ipsum occidisset et ad
infernum ductus fuisset. a beato Jacobo liberatus est. Alios plures a diversis infortuniis
et periculis defendit. sicut patet de illo qui liberatus est a custodia [illegible]. et de illo qui iniuste
suspensus celesti dulcedine refocillatus est, et patri redditus est. Et sic de multis ad gloriam
sed sui. Amen. —

In festo sancti dominici [illegible].

Non potest civitas abscondi super montem posita. Matthei 5. [illegible] sollempnitatis.
Sanctus Thomas 3º quodlibeto dicit sic. Maxime utile est peccatoribus ut ad religionem
transeant. Peccatoribus enim duo sunt necessaria ad salutem. Primo quidem ut de peccatis preteritis
penitentiam agant. 2º ut de cetero abstineant. Ad utrumque autem horum maxime operatur religio.
Primo enim status religionis est status perfecte penitentie. ita quod nulla satisfactio adequatur penitentie religio-
sorum. qui se et sua totaliter deo dant. Unde pro nullo peccato imponitur hoc pro penitentia ut
religionem intrent. Nam in commutatione satisfactionis quarumcumque penitentiarum consulitur religionis
ingressus. ut patet 33. q. 2. c. Admonere. Ubi stephanus papa quendam qui uxorem inter-
fecerat inducit ut ingrediatur monasterium. et humilietur sub manu abbatis cuncta observet
que sibi fuerint imperata. Aliquin iniungit ei gravissimam penitentiam. si elegit in seculo re-
manere. Sed et ad vitandum peccata plurimum valet religionis status. Difficile
enim est quod in seculo commorantes a rebus mundi non illaqueantur. propter quod Matthei 19. Sic exponens
[illegible] dominus dicit. Hoc est impossibile. scilicet quod divites qui divitiis inherent pro amore intrent
in regnum celorum. Sed divites qui habent divitias quod intret est valde difficile. Unde
Eccl. 31. Beatus dives qui inventus est sine macula. et huius difficultatem subdit dicens.
Quis est hic et laudabimus eum. propter quod ut Gregorius dicit. Sancti viri ut ab illicitis ab-
stineant, et licita pretermittunt. Et dominus dicit. Non veni vocare iustos. sed peccatores ad
penitentiam. Nam Mattheum publicanum ad statum perfectionis vocavit. Mt. 9. Secundo
quod religio predicatorum commendatur. quoniam ad quatuor. Primo quia ordinatur primo ad docendum
predicationem et confessiones audiendas. Nam religio fratrum predicatorum ordinatur ad utilitatem proximorum
ad obsequium dei. et ad observationem divini cultus. Magis autem procuratur utilitas pro-
ximorum per ea que pertinent ad spiritualem animarum salutem. quam per ea que pertinent ad subve-
ntionem corporalis necessitatis. quanto spiritualia corporalibus sunt potiora. Nullum sacrificium est deo
magis acceptum. quam zelus animarum. ut Gregorius dicit super ezech. 2º. quia ordinatur primo ad
studium. Nam studium litterarum est necessarium religioni constitute ad predicandum et ad alia huiusmodi
exercenda. Unde ad Titum 1º. de episcopo ad cuius officium huiusmodi actus pertinet. Amplectentem
eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem. ut potens sit exhortari in doctrina sana et

eos q ꝯdicit arguet. Competit ei hanc religionem prius ꝯtendi studio lectionis p
tinentem ad doctrinam q prius preceptum est. ut ad thi. 1. Aliquis aut doctrine studere
non ptinet ad fratres predicatores quorum tota vita divinis obsequiis mancipatur
ut et qz ordinatur ad doctrinam sacram. ut pz in ꝯstitucionibus eorum. c° de predicatoribus.
et c° de studentibus. 3° qz pfessio predicatorum est securior. Nam sanctus pater hanc religionem
instituens nolens hominibus inicere dampnacionis laqueum. sed magis viam salutis ordi
naverit tenere pfessionis formam in qua periculum esse non possit. Unde professio eorum est
cautissima et securissima forma profitendi. qua non promittit se servare re
gulam. sed obedire secundum regulam. Unde ex voto obligatur ad observanda ea q ponuntur
in regula tamquam precepta. et q prelatus secundum tenorem regule eius precipere voluit. Cetera
vero q non ꝯtinentur in regula sub precepto non cadunt directe sub voto. Unde ea pter
mittendo non peccant mortaliter. ut pz in ꝯstitucionibus eorum. c° de professione. 4° quia
religio fratrum predicatorum non obligat ad culpam. Nam pfessionem fratrum predicatorum non ꝯtra ni
si q est ꝯtra precepta regule. Transgressio aut ut omissio ~~eorum~~ aliorum non obligat
nec ad veniale nec mortale ex suo genere. sed solum ad penam taxatam sustinendam. Unde
in ꝯstitucionibus eorum in prologo dicit sic. Volumus et declaramus ut ꝯstituciones nostre non obligent
nos ad culpam sed ad penam tantum. nisi propter preceptum vel ꝯtemptum. Ista religio figurata
est per montem in quo loth salvatus est ut dicitur gen. 19. propterea non potest civitas ab
scondi. i. religio fratrum predicatorum posita super montem. i. firmitate et altitudinem et
ne salutis. quam beatus dominicus spiritu sancto inspiratus invenerat et instituerat etc.

Non potest civitas abscondi super montem posita.

Iucunditatis superiorum.
Ordinabilitatis angelorum.
Nobilitatis apostolorum.
Immobilitatis doctorum.
Caritatis confessorum.
Venustatis immaculatorum.

Primo beati dominici religio et vita non potest abscondi
posita super montem superiorum. Nam beatus
dominicus primus est cum filius filio dei. daniel
3. c°. Ecce ego video viros solutos et
ambulantes in medio ignis. et nichil corrupcionis in
eis est. Et species quarti est filius filio dei. Tres
viri in camino ignis. i. ardentes caritatis. sunt
pater. filius. et spiritus sanctus. dominicus. 4°. Deus noster ignis ꝯsumens est. Et quartus
est beatus dominicus. qui maxime ardebat caritate. Apocalipsis 1°. Vidi filium filio
hominis. Recte beatus dominicus est filius filio dei in mundi ꝯversione. sic christus fuit
filius dei in mundi redempcione. luc. 14. Misit servum suum hora cene dicere invitatis
ut venirent. s. per primam. Unde cantatur de eo. Mundum vocans ad agni nuptias
hora cene preficiens servum mittit premittens varias vite delicias. Ad hoc quidem
tempus per magisterium elegit vitam sanctus dominicus. Quamvis beatus dominicus fuit in
statu mundi. ꝯversionis. sed ut mundus fructus generaret. debuit in orbe esse filius
filio dei per ardentissimam caritatem. Primo in imitacione. Sicut enim christus
fuit imitatus beate virginis per angelum. d. Ecce concipies in utero et paries filium. luc.
Ad ostendendum plus magnitudinem quam ad effectum humane redempcionis. Sic beatus
dominicus in matre sue per speciem sanctam in specie catuli accensam faculam in ore bai
lantis que totum mundum illustrabat monstratus est. Ad ostendendum eius offitium quam ytum
ad effectum humane ꝯversionis. Unde id luc. 16. Sed et canes veniebant et
lingebant ulcera eius. i. predicatores ulcera peccatorum lingua medicinalis pre
dicacionis sanabant. etc. 2°. in demonstracione. Sicut enim christus monstratus

est gentibus quas ad se vocavit per apparicionem stelle. Unde dicitur. mt. 2. Vidimus
stellam eius in oriente et venimus adorare eum. Sic beatus dominicus cuidam matrone
dum ipsum de sacro fonte levaret. stellam lucidissimam in fronte gestans per spiritum sanctum
demonstratus est. Unde cantatur de eo. Stella micans in fronte parvuli novum jubar
premonstrat secli. 3°. in recollacione. Sicut enim christus venit in mundum ut ipsum re
conciliaret deo patri per caritatem. Ad ro. 5°. Cum inimici essemus reconciliati su
mus deo per mortem filii eius. Sic beatus dominicus missus est in mundum ut reconcilia
ret ipsum filio dei. qui venerat mundum inducere in fine peccatoribus imponere. Sicut
pz in visione ostensa quibusdam sanctis viris. 4°. in predicacione. Sicut enim christus venit
in mundum ut predicaret misterium regni dei. luc. 4°. Aliis civitatibus oportet me evan
gelizare verbum dei quia ideo missus sum. Sic beatus dominicus missus est ad predi
candum. Unde illud ad gal. 1. Cum autem complacuit ei qui me segregavit ex utero matris
mee et vocavit per graciam suam ut revelaret filium suum in me ut evangelizarem
illum in gentibus etc. 5°. in institucione. Sicut enim christus elegit 12. apostolos quibus traderet
regulam et formam vivendi sub caritate. luc. 10. Quibus mandavit ut predicarent
m. 5. Sic beatus dominicus volens elegere regulam bene vivendi premissis oracionibus et
ieiuniis cum 12. fratribus. novum ordinem q dicitur fratrum predicatorum instituit. quem a papa ho
norio ꝯfirmare instanter peciit. Et sic factum est. 6°. in refectione. Sicut
enim christus semel saciavit quatuor milia hominum ex septem panibus. m. 7. Et alia
vice. 5. milia hominum ex. 5. panibus. Jo. 6. Sic beatus dominicus semel bononie
saciavit. 40. fratres ex uno pane multiplicato in manibus eius celesti benedictione
Item rome inspexerunt adeo panes sufficientes ad saciandum eos. fratres apportatos
ministerio angelorum ut pz etc. 7°. in solucione. Sicut enim christus misit petrum ad
mare ut denarium in ore eius inventum daret pro tributo. mt. 17. Sic beatus dominicus
non habens unde solveret pro naufragio. oravit ad deum. et apparuit denarius in terra mira
culose. quem solvit naute. 8° in suscitacione. Sic enim christus adolescentem mortuum
suscitavit. luc. 7. et filiam archisinagogi. mt. 9. Et lazarum quatriduanum. Jo. 11. Sic
beatus dominicus. nepotem domini stephani de fossa nova cardinalis suscitavit. Et
architectorem laborantem in ecclesia sancti sixti diu mortuum sub maceria cadente
suscitavit. Et tholose. 40 peregrinos in flumine submersos. suscitavit. 9°. in
renunciacione. Sicut enim christus ut cognovit quod venturi erant homines ad ipsum ut
raperent eum et facerent eum regem. fugit ab eis. Jo. 6. Sic beatus dominicus p
senciens se electum episcopum coceranensem omnino renuit et ab eis fugit. 10.
in penetracione. Sicut enim christus ut certificaret discipulos suos de veritate sue
resurrectionis intravit ad eos januis clausis. et multis argumentis se resur
rexisse probavit. Jo. 20. Sic beatus dominicus. cum sero ad quoddam monasterium
declinasset. oracione fusa clausis januis ꝯfestim intravit. Item discedentes
ꝯflictum hereticorum cum quodam ꝯverso cisterciensi sero ad quandam ecclesiam de
clinavit in qua januis clausis mox intravit ꝯfestim. prece ad deum premissa.
11°. in transsubstanciacione. Sicut enim christus mutavit aquam in vinum in nupcias discipulorum
suorum. Jo. 2. Sic beatus dominicus in partibus tholosanis cum multis fratribus et fratres
ꝯpaties in ꝯfraternitatem eorum ob stomaci necessitatem cum vino deficeret. iussit
vas magnum impleri aqua quam in vinum ꝯvertit oracione sua. 12°. in disciplinacione
Sicut enim christus in fonte divinitatis omnia didicerat etiam ut mirarentur iudei. d.

quod h' fecit Iudas cum eo dedicerit. Jo. 7. Sic beatus dominicus requisitus a quodam
doctore in quibus libris studuerat magnalia et secreta misteriorum dei que predica
bat. respondit. In libro caritatis qui de omnibus docet. 13o. In superatione. Sicut
enim xpus superavit dyabolum temptatorem eum. ut de pinnaculo templi se deiceret. Matth. 4.
Sic beatus dominicus dum quadam nocte devotius oraret. dyabolus de tecto ec
clesie magnum lapidem iuxta eum proiecit. ut eum tangeret caputium cappe eius. Sed
vir dei immobilis perseverans in oratione dyabolum superavit. Nam subito cum
clamore horribili eiulans confusus abscessit. 14o. In misericordia. Sicut enim xpus
fuit misericors ita ut etiam iuvenem volentem se sequi doceret ut venderet omnia et pretium
eorum pauperibus erogaret. Matth. 19. et Luc. 18. Sic beatus dominicus dum palentie [?] ubi
studebat. fames valida esset libros cum omni sua supellectili vendidit et pretium
eorum pauperibus erogavit. 15o. In maceratione. Sic enim xpus ieiunavit quadraginta
diebus et quadraginta noctibus. ut habetur Matth. 4. Sic beatus dominicus cum pluribus tholosanis ut
ab heresi revocaret quasdam matronas per totam xlam in pane et aqua ieiu
navit. et super nuda tabula post longas vigilias lassa membra reclinabat
quas tamen raras habuit. 16. In preservatione. Sic enim xpus iussit petrum ad se
venire illesum super aquas. Matth. 14. Sic beatus dominicus cum pluribus tholosanis
quoddam flumen pedes transiret. libri eius in aqua ceciderunt. die autem tertia piscator
quidam hamo ibi proiectos libros illesos extraxit nullam maculam habentes.
17. In oratione. Sicut enim xpus in monte exivit solus orare. Matth. 14. Sic beatus
dominicus continue in ecclesia pernoctabat vigilias et orationes. et tres singulis noctibus disci
manu propria sibi dabat disciplinas cum cathena ferrea. scilicet unam pro se. secundam
pro peccatoribus. tertiam pro animabus purgatorii. 18. In compassione. Sic enim xpus
maxime compatiebatur peccatoribus eos benigne suscipiendo. quia non eget qui sani
sunt medico. sed male habentes. Matth. 9. Sic beatus dominicus super peccatis hominum mi
rabiliter compatiens. cum appropinquabat ville vel civitati quam posset a longe
videre. totus in lacrimas resolvebatur. 19o. In curatione. Sic enim ad tactum fim
brie vestimenti sui mulier que 12 annis fluxum sanguinis patiebatur salva facta est.
Matth. 9o. Sic ad osculum beati dominici manus. missam celebrantis. restituta est lubri
cum caris in quadam scolari. 20. In expulsione scilicet demonum. Sic enim xpus ab ob
sessis corporibus multa demonia expulit. Matth. 12. Et Luc. 8. Sic beatus dominicus
cum sibi presentatus esset quidam obsessus demonibus. suo scapulari eum et collum cinxit
et eum liberavit. 21. In fatigatione scilicet itineris. Sicut enim xpus fatigatus ex itinere
sedebat super fontem. ad quem confluebat multitudo populorum quibus predicabat. Jo. 4.
Sic beatus dominicus post laborem itineris ad aliquem fontem declinabat. et multitu
do populorum ad eum exibat ut audiret verbum dei. quos ad penitentiam convertebat. 22. In
consolatione. Sic enim xpus. nova instituens ecclesiam in sacra sua institutione. previderet
multos ex discipulis suis retro abeuntes. et alios convertens ait. Numquid et vos vultis
abire. qui dixerunt. domine. Ad quem ibimus. verba vite eterne habes. Jo. 6. Sic
beatus dominicus in primordio sui ordinis. super eum facto spiritu dei. convocatis fratribus ad eum
predixit eis quosdam ex suis fratribus ab ordine egressuros. quod non multo post re
probavit eventus. aliis remanentibus in ordine. 23. In conversatione. Sicut enim
xpus communem vitam duxit cum peccatoribus. adeo ut pharisei dicerent. quia cum publi

canis et peccatoribus manducat magister vester. Matth. 2. Sic beatus dominicus salvo hone
statis timore cum fratribus suis conversabatur. firma mentis equitate. placida facie. ma
gna benignitate. suavi eloquio. mira iocunditate. 24. In destinatione. Sicut enim xpus desi
gnavit 72. discipulos suos et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem
et locum quo erat ipse venturus. Luc. 10. Sic beatus dominicus fratres suos per totum mundum
binos dispersit ut verbum dei predicarent. 25o. In exhortatione. Sicut enim xpus antequam ex
hoc mundo transiret ad patrem. hortatus est discipulos suos ad caritatem. humilitatem et paupertatem.
Jo. 14. Sic beatus dominicus. instante vite termino. convocatis 12. fratribus quem bononie
testamentum condidit dicens. Hec sunt que vobis filiis hereditario iure possidenda relinquo. Cari
tatem habete. humilitatem servate. paupertatem voluntariam possidete etc. 26. In recorda
tione. Sic enim xpus cum discipulis suis. cenam fecit in qua passionem suam eis predixit.
Matth. 26. Sic beatus dominicus paulo ante obitum suum bononie quosdam compatriotas suos
valde devotos visitavit predicens eis dum adhuc esset sanus. Scitote quod ante assumptionem
domine nostre submovebor ab hac vita mortali. quod res probavit eventus. Nam parum
ante assumptionem domine nostre obiit. 27. In dilatatione. Sic enim xpus in cena oravit
pro dilatatione xpiane religionis. dicens. pater manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. etc.
et pro eis rogo etc. Jo. 17. Et ad petrum ait. Ego rogavi pro te petre ut non
deficiat fides tua. et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Matth. 27. Sic beatus dominicus
in deum absortus elevatis manibus ait. pater sancte tu scis quod libenter perstiti in voluntate
tua. et eos quos dedisti mihi custodivi et conservavi. quos in manibus tuis commendo. Et
consolans eos ait. Scitote me utiliorem vobis fore mortuum quam vivum. quia ad patrem
vadam. 28o. In revelatione. Sicut enim instante xpi morte centurio videt gloriam
dei et ait. vere filius dei erat iste. Matth. 27. Sic instante beati dominici obitu quidam scho
laris bononie vidit in ecclesia sancti nicholai fratrum predicatorum. beatum dominicum sedentem in ca
thedra gloria et honore coronatum. sicut ipse eidem revelavit. et eius deficientis
est. 29. In propagatione scilicet miraculorum. Sic enim in morte xpi. multa corpora sanctorum qui dor
mierant surrexerunt. Matth. 28. Sic in morte beati dominici multi mortui suscitati sunt
et multi alii a variis langoribus sanati. ut patet eius sanctis [?]. 30. In incorrup
tione. Sicut enim corpus xpi in sepulchro quo fuit in sepulchro non vidit corruptionem
ps. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Sic beati dominici corpus diu iacens
in sepulchro. scilicet per decennium. in die translationis eius integrum inventum est et incorruptum
mira fragrantia odoriferum. Recte igitur beatus Johannes dixit. Vidi similem filio
hominis. i. sanctum dominicum similem filio dei etc. —
2o. Vita et religio beati dominici non potest abscondi posita super montem angelorum. de
quo dicitur. Ezech. 28. Tu signaculum similitudinis et deliciis paradisi dei fuisti. plenus
sapientia. perfectus decore. omnis lapis preciosus operimentum tuum. Tu cherub extentus
et protegens posui te in monte sancto dei. In medio lapidum ignitorum ambulasti. per
fectus in viis tuis. a die conditionis tue. Hec ille. Sunt ergo angelos beata virgo sed
supremum locum [illegible] id. Exaltata est sancta dei genitrix super choros angelorum ad
celestia regna. Et hoc per virginitatem et humilitatem. Secundum autem has similitudines fuit
beatus dominicus. ps. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. scilicet per mundiciam
virginitatis que quidem fuit similis virginitati sancte marie quantum ad quatuor. Primo per inte
gritatem. Sicut enim beata virgo habuit virginitatem mentis et carnis. Sic beatus dominicus
integritatem carnis habuit. et puritatem mentis servavit. Unde cum sit alia non su
ficit. beatus dominicus fuit angelicus per integritatem carnis quam in pectore fuit cinctus
per munditiam cogitationis. et zona aurea per caritatem cordis. etc. 2o. per dedi

cetione. Sic et beata virgo primo deo vovit et dedicavit suam virginitatem. ut habetur
q. 2. §. beata maria proposuit se conservaturam votum virginitatis in corde. Sic beatus
dominicus suam virginitatem deo devovit et vendidit. pro ultimo. Syndonem fecit et
vendidit et super cingulum reddidit chananeo. per syndonem que multis candoribus ad
candorem deducitur virginitas designatur. que multis maceracionibus habetur. Ista deo ven-
ditur qui ei dedicatur. Cingulum castitatis quo sinus fluxibilium cogitationum
restringitur. chananeo redditur. quia christo velut zelatori sue sponse ipsa virgi-
nitas devovetur. 3° per diffusionem. Sic et beata virgo licet fuit pulcherrima a
nullo tamen potuit concupisci. quia puritas eius in alios diffundebatur. et omnes
motus illicitos extinguebat. Sic beatus dominicus virginitas omnem concupi-
scentiam ex osculo manus sue a lubrico scolari extraxit. iuxta illud Cant. 5°.
Manus mee distillaverunt mirram. 4° per confirmationem. Sic et beata virgo in
habitus dignitas annunciatione fuit confirmata in gratia ut nullum esset libidinis sensit in conceptione
christi. luc. 1. Spiritus sanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi. Sic beatus
dominicus in institutione sui ordinis. confirmatus fuit in gratia. ut ex tunc nullum vitium
sensit stimulum veneree voluptatis aut peccati mortalis. ps. ego confirma-
vi columpnas eius. In cuius signum beata virgo hunc habitum quem portant fratres pre-
dicatores. eisdem reddidit. Cum enim ipsa sanasset magistrum reginaldum.
virum peritissimum per sacram unctionem. et desideraret hunc ordinem ingredi. dixit
ei beata virgo. Constans esto. quia votum tuum implebo. in cuius signum. Ecce hic est
habitus quem tu et fratres ordinis predicatorum portabunt. quo assumpto reddidit beato domi-
nico revertenti illum suscipiens. eo se et priorem magistrum et fratres suos induit. O pre-
tiosum habitum. O venerandum prodigium. O celeste misterium. Regina celorum
que in receptione matris christum eternum propria carne induit / ipsum sancto scapulare ca-
nonicos in regularitatione sancti portitores domini christi. proprio habitu induit ipsum sancto confirma-
te. O cum quanta devotione et reverentia debet hic habitus portari. Nulla religio
potest gloriari quod suum habitum a virgine matre celitus missum assumpsit. Nec vacat a
misterio hic habitus. Cappa nigra mortificationem carnis designat. quia fratres pre-
dicatores debent esse mortui mundo. ut de eis dicatur ad col. 3°. Mortui enim estis
.s. a mundo non creature. et vita vestra abscondita est cum christo in deo. Tunica alba
significat puritatem mentis quam debent habere. si deum cupiunt videre. mt. 5°. beati
mundo corde. quoniam ipsi deum videbunt. Scapulare significat obedientiam. que est iugum christi
mt. xi. Tollite iugum meum super vos etc. Zona significat Castitatem. hieronimus.
Quacunque virtute polleas. quibuscunque opibus niteas. si cingulo castitatis ca-
reas, omnia perire necesse est. Thas. Calciamenta significant sanctorum exemplorum
imitationem. Exo. 12. Calciamenta habebitis in pedibus vestris. Ad ephe. 6. Cal-
ceati pedes in preparatione evangelii pacis. pedes enim sunt nec affectiones que calcia-
ntur exemplis sanctorum etc. habet autem hec religio ad sui protectionem Angelos custodes. iuxta
illud. ysaie. 62. Super muros tuos ierusalem constitui custodes. Nam cum quidam
legista bononiensis intrasset ordinem predicatorum. Amici et parentes eius curarent ad
conventum ut vi illum extraherent. Cumque fratres pavidi vellet mittere ad milites
patronos querentes ait beatus dominicus. Non indigemus auxilio hominum. quia ecce que
tum video plusquam ducentos angelos ad nostri custodiam et protectionem paratos. Et appro-
pinquentes portis ecclesie orationibus se dedit. Territi et confusi et nichil videntes fu-

illi fratrum indulgentiam et misericordiam humili a beato dominico impetraverunt. Ipse autem
reversus fratrem illum legistam in ordinis proposito confirmavit et plures eorum ordinem
intraverunt. in quo profecerunt etc.:—

8°. Vita et religio beati dominici non potest abscondi posita super montem apostolorum. Unde abbas
Joachim super Ieremiam dicit sic. Nunc quorum tertio loco suscitati sunt alii viri evangelici
apostolorum officium imitantes. qui abeant predicationis fodiant cisternas dissipatas etc. hec ille.
Sicut quod apostoli habuerunt. 4or. prerogativas quibus fuit dotatus beatus dominicus. Prima fuit
electionis. Jo. 15. Non vos me elegistis. sed ego elegi vos. Sic beatus dominicus
a christo electus est. etc. 2a fuit confirmationis. ps. Ego confirmavi columnas eius. Et luc. 24
ego promissum patris mei mittam in vos. Sic beatus dominicus fuit confirmatus. Unde semel
orante beato dominico rome in ecclesia sancti petri. apparuerunt beati apostoli petrus et paulus.
petrus dans ei baculum. et paulus librum. dicens. Vade et predica verbum dei quia ad hoc
ministerium a deo missus es. Et statim spiritus sanctus in similitudine lingue ignee apparuit.
super caput beati dominici. Unde in gratia et sapientia confirmatus est etc. 3a fuit predicationis
mr. 16. predicate evangelium omni creature. Ad hoc autem officium institutus est ordo fratrum predicatorum
Unde beatus dominicus apparuit in visione pape Innocentio. tamquam sustentator ecclesie
romane. dum instaret pro confirmatione ordinis sui qui dicitur fratrum predicatorum. Nam dictus
papa videt in sompnis quod ecclesia lateranensis grandem minabatur ruinam. et tre-
mens videt ex adverso quod beatus dominicus. ne ipsa caderet. humeros supposuit
sustentabat. Evigilans autem intellexit quod beatus dominicus tamquam verus apostolus
ecclesiam dei sustentaret. etc. 4a fuit locutionis. act. 2. Loquebantur variis linguis
apostoli magnalia dei. Et beatus dominicus donum linguarum accepit a spiritu sancto. Nam
de tholosa vadens parisius quosdam peregrinos obvios habuit in via diversi idio-
matis quibus evangelizavit. proprium sermonem eorum ydiomate loquens eis. et eos
intelligens etc.:—

9°. Vita et religio beati dominici non potest abscondi super montem posita .s. martirum.
Unde abbas Joachim super Iere. dicit sic. futurum est ut quemadmodum iudei contra christum et disci-
pulos fremuerunt. ita et nunc in ipsum dominicum. et eius alumpnos seviant filii xanime. tam
layci quam populi et clerici. corporis salutis sermonibus non intendant. hec ille. Sicut
quod beatus dominicus. quatuor modis passus est martirium. primo ex voto. Nam assidue
deum orabat ut sibi hanc gratiam infidelis dignaretur. quod se totum aliis saluti posset im-
pendere proximorum. 2° Ex itinere. Nam cum semel indicta esset generalis disputatio
contra hereticos. et episcopus civitatis vellet cum pomposa societate procedere. beatus dominicus
ait. Non in confidentia hominum. sed in auxilio dei congrediendum est. Armemus nos devotis
orationibus. humilitatis exemplo et discalciatis pedibus contra goliath procedamus. Annuentes
itaque viro dei. Sed divina providentia per quendam nomine ducunt a quodam heretico
per spinas et vepres. dum ambulantes. sanguine cruentabantur pedes eorum. Itaque vir
dei patientissime ferens. et in laudes prorumpens hortabatur eos ad patiendum. promittens
quod victoriam reportaret ex hostibus. Mirum prodigium. hereticus iste ad fidem
christi vera convertitur. et ceteri abiurata heresi ad gremium ecclesie fideles reddunt.
Unde Abbas Joachim super Iere. dicit sic. Cum ei ecclesia generalis desiret quo ad
laborem. et mundi superbia corruet quo ad errorem. quia finis universi casus im-
minebat ad dominum. Viri evangelici populum exhortationi desiderent. Nam iure erunt. quo
ad sanctum. conversum quo ad obviam. aquarum quo ad habundantiam. Tales aque

cuelli nequeunt p alios malicia. h° ille. 3° ex congressu. Cu ei dispu
tione multe cont hereticos adduxisset. et i libellu quosdam redegisset. uni here
siarche libellu obtulit. ut ad rones fidei redderet. qui libellu oblatu in
igne pities 3° existente ab igne illeso cora alijs hereticis cuncti cognit.
Statim de btus ducus i igne cu libello igrediens illis videntibus dustus exi
uit. zc. 4° ex agressu. Transies cu alijs p locu ubi pate erat sibi insidie
gaudentes laudans deu. cophendus e ab hereticis. q dixerut ei. Nuqd tu mort
horore gauderes. Quid acturus eras. si te cophendissemus. At ille. Rogasse
vos ne repetinus me subito primentes vulneribus. sz paulati et successive
mebra singla mutilatis. dein ouslis cora meis oculis detruncatis mbrorum
proculis, ipos oculos cruentes. ad ultim semiuiuum laceratiqz corpus sic pe
mitteretis i suo sanguine volutari. ut presus ad libitu morerer. Sicut
ei habraa liberatus e de hur caldeorum pdicans unu deu cont eos. Sic btus ducus
euasit illesus ab i ardo heretico, confutans veritate fidei adusus eos. Et
sic ysac portat ligna sue ymolacois. Sic btus ducus offert votu sue isti
tionis. Et sic Jacob sentit molestias esum i sua psecutoe. Sic btus ducus
sentit insidias hereticorum i fidei defensione. Et sicut Joseph erat i agro
ut fres suos i ueniret. Sic btus ducus it vepres et spinas pedes sautiat
ut hereticos ad fide ouertat. Et sic moyses ab exploratoribus calumna pa
titur. Sic btus ducus ab eccle pastoribus repulsa dare afligitur. De
bto at duco citat eccla. Stetebat seruus xpi morum. sicut sitit ce
uus ad aque flumina zc.

Ch°. Vita et religio bti duci no pt abscondi posita sup monte Cofessorum
q dilectus suu diuine sapie dederunt. ut ea ad salute aiarum effunderent
unde Abbas Joachi. sup Jere. dicit sic. Viri illi euangelici eorubut pdicacionis
et gladiorum opa singlorum scrutantes i luciis Xbi et opis ymbris ecclesias
uniusam. Ipi exploratores Jericho eccle clericorum et subiectorum eorum. et
qz aliud probat eos facere qz docet, nuncios eorum rectores i tuba ex
hortacois cuntur. et carnalia eorum studia et corrupta amara et lagida
ex Xbo aureis euangelice sanus reddunt. h° ille. Gracia confessores ha
buerut quoruor progratias quibus ditatus fuit btus ducus. prima e absti
ecia. 2°. Cogitaui a vino abstrahere carne mea. ut animu meu trasfe
rem ad sapiam. btus at ducus ut sapiam adisceret. vinu p decem no
bibit. 2a est lacrimarum. ps. fuerut m lacrime zc. Proprium at studiu
bti duci fuit usqz et oibus horis lacrimas fundere pro peccatoribus. p compu
tione vince. qua nup ipe plataerat. unde dr de eo. q claustru et altare
lacrimis oserabat. Et fr°. pnox cu xpo ppriu no possidebat lectulu. p
lacrimarum fluuiu vix humi dans corpusculu. 3a est oracois. glo sup
thobia. 3° c°. ut. Oro lenit deu. lacrima cogit. hec mungit. illa pu
git. Cu quidam fr discretus et deuotus septe noctibus vigilasset ut videret qua
lit btus ducus oraret. asserunt qi i orone. mo stans. mo igeniculans. mo
prostratus i terram. mo eleuatis manibus i celu. mo extensis i similitudine crucis
mo cancellatis et iunctis manibus. mo iclinans pfunde deu orabat. pp qd multo
sue oronis multa miracula fecit i vita. De moyse ex le. d. 36. Sequitur.

Est aliud opus q facit moyses. Ad bella no vadit. no pugnat cont inimicos
sz quid fac. orat. et dum orat. vicit ppls eius. Si relaxauit, dimisit manus
populus eius vincit et fugit. Oret g° sacerdos ecce i desinet ut ppls q sub eo est.
hostes i visibiles amalechitas q sunt demones ipugnantes eos q pre volut vincere
i xpo. h° ib. h° adiuues btus ducus. Cu quidam fr thomos apulus seducet agbula
satellitibus dyaboli, et cogeret exire ordinem. i dutus vestibus secularibus cu eis ibat. Quo
cognito btus pr i ecclesiam intrauit. ubi qz ducus oras. fratrem illum ab ordie reuocat.
Et sic moyses sua orone aquas marath i dulcedinem couertit. Sic btus ducus
i Cremona cora bto francisco i cuentu minorum, aqua putei salsam et turbi
dam, i dulce et clarissima couertauit. Et sic moyses quidam deu blasfemante
lapidari fecit. sic pz nu. Sic btus ducus quadam mulierem deu blasfemante
quasi nisibus loquella priuauit. Sic helias orauit et celu dedit pluuia. et terra
dedit fructu suu. Sic btus ducus. ap Segobiam ciuitate ex muros pdicans cu
sto natiuitis dni. cu mirch erat sciatu pp sterilitate terre. q p anni et ult no pluerat
zat orauit dnz pro sterilitate terre. et subito pluuia magna i rigauit terra. et ex
tunc seriauit et messem ubere sequti anno huerut. Et sic helias i eremo fame
gatus sua orone pane adeo prmeruit. 3. R. 19. Sic btus ducus rediens in
ytalia cu fre Johne quiso it alpes lombardie valde fatigato, orauit ad
dnz et impetrauit pane suauissimum miro candoris ad refectionem pdicti quisi.
Et sicut heliseus suscitauit pueru sunamitis. Sic btus ducus p fratra
vadis. cu puenisset ad castrum castellionis filiu sororis capellani q eu hospitio
receperat amortuus suscitauit. orone fusa ad dnm. 4a e doctrine et veritatis
ecc. 14. hic me° eccle appuit zc. Et de bto duco dr. O lumie eccle
doctor veritatis, rosa pacientie. ebur castitatis, aquam sapie propinasti gratis
pdicator gracie. nos iunge p btis. Unde romanus pontifex ipm et successores
eius istituit magistrum sacri palatii. et inquisitore heretica prauitatis post
sedem apliceam zc.

6°. ultro vita et religio bti duci no pt abscondi sup monte posita. i
uginitate. unde eius virginitas assimilat lilio. ps. Justus germinabit sicut liliu
et florebit i eternum ante dnm. fuit aut os iustus q tuc tporis erat. btus
ducus fuit sublimior. de quo dr i apocalis. esdre. 14. Ex oibus floribus
orbis elegisti tibi liliu unu. i. btm duncu. Hic cuius signum glz scius defert
spale signum. petrus claues. paulus ensem. i. dum Xbi. iuxt illud. Assu
mite gladiu spus qd est Xbu dei. Andreas cruce. petrus mr palmam.
thomas de aquino libru apertu cu radijs solis coruqz. francisci stigmata
et de alijs. Sic btus ducus defert liliu i viridario sce matris eccle. qua
illis sci admirates interrogat d. Cat. 6. Quo abijt dilectus tuus. o. xl
o. pulcherrima mulier. quo declinauit dilectus tuus. et queremus eu tecu. Et ipa
rndit. d. Dilectus meus descendit i ortu suu ad areola aromatis. i.
ad religione fratrum pdicatorum ut pascatur in ortis sacre doctrine et regularis vite
et lilia. i. virtutes bti duci colligat. Qui recte defert liliu pp. 4°r.

1° rone coloris.
2° rone odoris.
3° rone vigoris.
4° rone saporis.

P°. rone coloris. hic eius cu stipite e viriditas p
quam fides desigit. Jerem. 11. Viridem olivam
i duxit et erit foliu eius viride. viriditas qz in
folio e signum vite. et fidei q° signum e spualis vite.
In folijs lilij est candor. p quem caritas virginitatis designatur. In granis istis
aureis est qi auri splendor. que caritas x. demonstrat. Cant. 5°.

dilectus meus. i. sanctus dominicus candidus per virginitatem. rubicundus per caritatem. electus ex
milibus. i. pallijs sanctis. 2º. ratione odoris. quo ad vitam odoriferam. 2. cor. 1. christi
bonus odor sumus. Et sicut in lilio sunt sex folia. Sic beatus dominicus sex odores est
primus est odor constantie. ut a sancto proposito non posset moveri quoque modo. 2us est patientie
ut in adversis non conturbaretur. psalmus. probasti me domine et cognovisti. Et etiam proba me
domine et tempta me. 3us est gratiarum actionis. ysaie. 35. Letabitur deserta et invia et exul-
tabit solitudo et florebit quasi lilium. 4us est devote orationis. psalmus. dirigatur oratio mea sicut in-
census. 5us est pietatis ut pro inimicis oraret et pro ipsis intercederet. 6us est perseverantie. ecc. 40.
Quasi lilia que sunt in transitu aque. i. perseverans in mundo habet. 3º. ratione vigoris. Nam
radix lilij est magni vigoris. quia valet contra tumorem splenis. et significat humilitatem
beati dominici contra superbiam seculi. qui cum esset generalis magister ordinis predicatorum voluit tamen vocari ma-
gister non et officium cuiusque successores eius fuit perpetuum. psalmus. humiliata est in pulvere
anima nostra. 4º. ratione saporis. Nam succus lilij valet contra morsum serpentis
Sic succus beati dominici valet contra temptationem dyaboli. apparuit in forma draconis qui nitebatur
absorbere fratres qui erant in societate eius. ut ab eo discederent. quos tamen ad ordinem
convertit. Sic beatus dominicus tamquam lilium valet ad clarificationem visus quo ad ce-
cos quos illuminavit. Valet ad faciei colorationem quo ad leprosos quos sa-
navit. Valet ad maturanda apostemata quo ad infirmitates. febres. ydro-
pisim et reliquas corporis passiones quas curavit. Ut sibi dicatur id. Judith 14
Subvenisti ruine ante conspectum dei nostri.

In festo sancti Laurentij martiris.

Dispersit in corde suo. 2. cor. 9º. et in epistola presentis solempnitatis. beatus maximus
in sermone huius diei dicit sic. Certum est ac deo placitum. ut natale sancti laurentij
precipua veneratione veneremur. cuius radiantibus flammis victrix in hunc hodie
die toto orbe christi triumphat ecclesia. hec ille. Super quo item nota quod ...
beatus laurentius diversorum ~~[illegible]~~ potentiam demonstravit. quia tormentorum incendia
superavit. Ad istam quoque reddunt tres doctores. nomine testes. primus est beatus ambrosius
in sermone huius diei dicens. Fortissimum martirem, sevissima persecutoris flamma superare
non potuit. quia longe ardentius virtutis radijs mens eius accensa fervebat. hec ille.
2us est beatus augustinus in sermone huius diei dicens. Sevisti persecutor in martirem. crevisti
et auxisti palmam dum aggeras penam. Nam tua ad victorie gloriam ingenium
tuum rapit. qui in honorem transierit triumphi ista supplicij. hec ille. 3us est hugo
libro soliloquiorum. dicens sic. hec sunt beneficia tua magna domine deus sanctificator sanctorum tuorum
quibus repletur iis copia meritorum filiorum tuorum. quibus factus es spes desperatorum et
consolatio desolatorum. tu corona spei. que est corona preparata victoribus. tu sati-
tas famelicorum, eterna danda esurientibus. tu consolatio sempiterna que solum illis
te tribuis qui pro consolatione tua. consolationem huius mundi contempnunt. nec quod hic
consolatur. tua consolatione indignus habetur. et quod hic cruciatur. a te consolatur. et quod
participat passionibus, a te coronatur. tua enim dulcedo, stephano lapides torrentis
dulcoraverunt. pro tua dulcedine ibant apostoli gaudentes a conspectu concilij. hanc ut gustavit
petrus, omnium terrenorum oblitus clamavit. domine bonum est nos hic esse. tua dulcedo crati-
cula laurentio dulcem fecit. hec est illa beatitudo domine deus noster quam expectamus dabitur
te nobis. pro qua tibi domine contendimus militantes. pro qua mortificamur tota die. ut
in tua vita vivamus hec ille. beatus laurentius hec attendens inter victoriosissimos pugiles
christi se constituit. unde augustinus in sermone huius diei dicit sic. Ad erudiendum dei populum nullus
est utilior forma quam martyrum. Eloquentia facilis fit ad exorandum. zelo efficax
ad persuadendum. validiora tamen sunt exempla quam verba. et plus est opere docere quam voce

In quo excellentissimo genere docendi beatus martir laurentius quam gloriosa polleat dignitate
et persecutores ipsius sentire potuerunt. quia illa mirabilis animi fortitudo non solum non
cedere. sed et alios exemplo sue tollerantie roborare. hec ille. Et quia maximam gratiam in
superatione tormentorum adeo obtinuit. ut plus posset ipse quam torquebatur quam tortores qui
in eum seviebat. Ideo disposuit in corde suo sic constanter persistere. ymo deus ipse ab eterno
disposuit in corde suo mittere beatum laurentium in mundum, tamquam ecclesie sue ministrum et
martirem dignissimum cuius exemplo ceteri fideles in fide firmarentur.

Disposuit in corde suo.

Eius generationem.
Eius nuncupationem.
Eius assumptionem.
Eius dispensationem.
Eius obedientiam.
Eius victoriam.
Eius permanentiam.

Primo deus ab eterno disposuit in corde suo. beati laurentij
generationem. Generem quod generatio electorum valde gaudet
sapientie. 4. O. quam pulchra generatio casta cum claritate
immortalis est enim memoria illius. quia apud deum nota est
et apud homines. Est enim generatio electorum gaudiabilis quia
ad quatuor. 1º. quia est pulchra quo ad nomen 2º. quia
est casta quo ad rectificationem de qua dicitur in psalmo. generatio
rectorum benedicetur. 3º. quia est clara quo ad electionem. de
qua .i. pet. 2º. vos estis genus electum regale. 4º. quia est immortalis quo ad glorifica-
tionem de qua dicitur in psalmo. hec est generatio querentium deum. qui non solum generat nativitatem
sed ex gratia. Et hij fuerunt quatuor. primus fuit ysaac. quia natus est per repromissionem
gen. 18. 2us fuit Sampson. ut habetur judicum. 13. 3us fuit samuel ut dicitur. Reg. 1. c.
4us fuit Johannes baptista. ut habetur luc. 1. hos enim elegit deus ad maxima facta peragenda
beatus laurentius per singularem prerogativam gratie natus est. Cum enim quidam nobilis dux in hispania
filium non haberet quem tamen maximo desiderio cupiebat. et a suis dijs impetrare nequiret
consuluit quendam christianum virum sanctum qui dixit ei. Credo te nunquam filium habiturum. nisi
perfidie deorum abrenuncies. et te christianum fieri promiseris. Quod cum spopondisset. filium
ex propria uxore suscepit. dyabolus autem hoc cognoscens fieri voluntate dei.
et puerum natum futurum fore christi. et demonum acerrimum expugnatorem. quatuor
cautelas usus est contra eum. primo nocte quadam. puerum de cuna accipiens longe
apportavit. et sub quadam lauro reponit ut ibi fame periret. sed deus ipsum
a demonis insidijs custodivit. mittens angelos suos qui eum cibo celesti alerent
et protegerent. 2º. post multa tempora. ipse dyabolus in proprio puero nato in cuna se
posuit. Ubi se multipliciter deformem exhibuit. nunc gibbosum. nunc monstruosum.
omnibus horrorosum et infestum se prebens. 3º. multas vexationes et molestias parentibus
eius intulit. quod tamen pater tollerabat putans ipsum esse filium suum. 4º. puer
verecundia usque ad etates. ad fidem christi vertere non audebat Et sic patet primum.

2º. deus ab eterno disposuit in corde suo. beati laurentij nuncupationem. Deus
enim promisit beato laurentio quadruplicem. primo intimitendo sibi gratiam 2º. intimi-
tendo sibi fidei notitiam 3º. intimitendo sapientiam 4º. intimitendo verbi dei effi-
caciam. propter istam quadruplicem promissionem recte vocatur laurentius. quasi
lauream tenens. que est corona de lauro facta. qua olim de hiis ro-
manis victores coronabantur. hec autem arbor habet quatuor proprietates. primo
est continua viriditate amena. Et beatus laurentius habuit viriditatem. per
cordis mundiciam et puritatem. Nam beatus Sixtus magnus philosophus et curie ro-
mane legatus vir bonus et sanctus. ad predicandum fidem christi in hyspaniam pergens
deo disponente. puerum sub lauro invenit. quem accipiens baptizavit. et
a lauro laurentium nuncupavit. ac nutrici fratres ipsius in spiritualem filium adop-
taverunt. Et sic habuit divinam gratiam. 2º. est odore grata. Et beatus laurentius.

odore sue sanctitatis longe lateque diffudit. Cum ei iam acquisisset beato Sixto et toti curie
sue mirabile erat gratiosus. Audierat enim quod beatus Sixtus invenerat ipsum et in
filium suum adoptaverat. et hoc propter notitiam fidei qua plurimum pollebat. 3o est vic
torie ostensiva. Et beatus Laurentius prius omnes in sua passione devicit. Cum
enim quidam seneschalcus curie beati Sixti Laurentio invideret propter eius generositatem. calcem ipsi
porrexit in propinans ei, quod nec patris sui notitiam haberet. Innuitur autem non cepit cog
itare et ingerere quod esset pater suus. et hoc cum multa sapientia 4o est efficientia victoriosa
quia calicula fregit, veritati subiecit. fidelitatem non nocuit. Et beatus Laurentius
fregit cor dux, pontificale reddidit virtute, protexit petros absolute sine repro
bo. Nam a beato Sixto recedens, ibat per devia et nemora vagabundus. Sed
ut frequenter ascendit quandam arborem. ut feras periculum evaderet. Media
vero nocte, ipso vigilante, deo se commendante. maxime demonem vidit sub arbore
iaceat ad sua figmenta et temptamenta declaravit. Fuit quondam vir autem. Tot
anni preterierunt quod dux Hispanie filium habere non potuit. Cursu autem dicta ... Nam
a deo filium petivit. post eius ortum et nativitatem ipsum de cuna accepi. et
sub quadam lauro posui. quem beatus Sixtus de tusciis accepit et baptizavit.
Ego non in cuna me reposui, et infirmitatem deformitatis simulans. molestus
fui quam plurimis. Ubi dux et ducissa ad fidem christianam converti distulerunt. Alii de
mones hoc audientes. ipsum laudibus extulerunt. Mane autem facto abeuntibus
demonibus. Laurentius letus et gratias agens deo, descendit et abulavit quousque
ad palatium predicti ducis pervenit. Cumque demonem in cuna repperisset. turpiter
a domo effugavit. Et narrans predicto duci singula que contigerant. se esse verum
filium suum declaravit. Et tunc patrem et matrem, et maximam paganorum
multitudinem ad fidem Christi convertit. Et sic patet 2m.:—

3o. deus ab eterno destinavit in corde suo beati Laurentii assumptionem. Qualis
debeat esse vita et conversatio eorum qui ad ordines sacros ecclesie eliguntur et as
sumuntur. declarat Ysidorus de vita clericorum ut habetur 33. d. co. hiis igitur. d. sic.
hiis igitur lege patrum cavetur. ut a vulgari vita seclusi a mundi voluptatibus se absti
neant. non spectaculis. non pompis intersint. quinimmo publica fugiant. usuras ne
quaque exerceant, neque turpium occupationibus lucrorum. neque fraudibus cuiusque stu
dium appetant. amorem pecunie quasi materiam cunctorum criminum fugiant. secularia offi
cia negotiaque abiciant. honoris gradum per ambitionem non suscipiant. pro beneficiis
munera non capiant. pudore ac verecundia mentis, simplicia habitu incessuque ostendant.
Castitatem quoque inviolati corporis perpetuo conservare studeant. senioribus debitam
prebeant obedientiam. Tales enim esse debent qui divinis cultibus sese mancipandos student.
hec ille. huius fuit beatus Laurentius spiritu sancto plenus qui devotione et fervore divini
amoris fuit totaliter inflammatus. unde poterat dicere illud psalmi. Quia inflammatum est cor meum
et renes mei commutati sunt et ego ad nichilum redactus sum et nescivi. ut iu
mentum factus sum apud te. et ego semper tecum. Sciendum quod iste amor divinus exti
nguit quadrupliciter amorem inordinatum. primo extinguit amorem carnalem. unde dicit
renes mei commutati sunt. quia gustato spiritu desipit omnis caro. Istum amorem
carnalem extinguit in beato Laurentio ignis divinus. quia voluptate mentis et corporis
integre servavit. 2o. extinguit amorem terrenum. unde dicit. Et ego ad nichilum redactus
sum. Qui enim mundum despicit. nichil amodo habitum reputatur. Istum amorem
terrenum extinxit in beato Laurentio divinus amor ut ignis. quia non solum terrenum contempsit
ymo qui esset filius nobilissimi ducis. hereditatem suam sprevit. unde Crisostomus dicit
Ut non habet super terram quod amet. qui donum celeste gustavit. 3o extinguit

amorem domesticum. i. patrum. unde dicit. Et nescivi. Istum amorem domesticum extinxit
in beato Laurentio ignis divinus, quia patriam et parentes suos qui erant in Hispania deseruit.
et ob amorem principum apostolorum Romam cum beato Sixto perrexit. in hoc filius Abrahe qui
egressus de terra et cognatione et domo patris sui venit in terram quam monstravit sibi
deus. Genesis 12. 4o. extinguit amorem proprium et privatum. unde dicit. Ut iumentum factus
sum. Qui enim se despicit propter Christum. fit iumentum. quem amor divinus cum deo
coniungit. i. cor. 6. Qui adheret deo unus spiritus est cum eo. Istum amorem priva
tum extinxit in beato Laurentio ignis divinus. quia deum super omnia dilexit. propter quod
beatus Sixtus in papam electus et coronatus, ipsum fecit suum archidiaconum.
ordinavit. post quem in Romana sede archidiaconus non prefuit. Et sic patet 3m.

4o. deus ab eterno destinavit in corde suo beati Laurentii dispensationem. que fuit quadruplex. prima predicationis. Nam predicator gratiosus extitit. quia sub persecutione
dum Cesaris. multam multitudinem gentilium sua predicatione convertit. qui tunc merito coronati
sunt. i. cor. 9. Dispensatio michi credita est ut evangelium predicans sine sumptu ponam evangelium.
qui sine lege erant. 2a. fuit gratie. ephe. 3o. Audistis dispensationem gratie que
michi data est in vobis. Nam gratiam quam beatus Laurentius a deo accepit fidelissime
dispensavit. veniens enim ad domum cuiusdam vidue que multos christianos in domo sua
abscondebat. quam longus dolor capitis detinebat. liberavit eam per suam ma
nuum impositionem. Rursus eadem nocte in domum cuiusdam christiani veniens. quendam
cecum ibidem reperit. et facto signo crucis eum illuminavit. 3a. fuit rerum temporalium.
unde propter. et habetur. 12. q. i. co. expedit. Expedit facultates ecclesie possideri
et propria perfectius amore contempni. Non enim propria sunt. sed communia ecclesie fa
cultates. hec ille. que debent pauperibus distribui ut subveniatur eorum ne
cessitatibus. sicut habetur. 12. q. 2. co. Aurum. et co. gloria episcopi. hoc autem attendens
beatus Laurentius. thesauros ecclesie quos tradiderat ei beatus Sixtus. clericis et
pauperibus fideliter dispensavit. unde dicit psalmista. Dispersit dedit etc. Ipse enim dispersit
quia pluribus condivisit. et non uni. dispersit. et non ad avaritiam retinuit. de
dit. et non vendidit. dedit libere sine spe mercedis huius. aut commodi.
aut obsequii. dedit. non dans post mortem relinquit. pauperibus. sed christianis. non paren
tibus. non amicis. non divitibus. 4a. fuit sacrorum. unde i. cor. 4o.
Sic nos existimet homo ut ministros Christi etc. beatus Laurentius velut fidelis
dispensator, sacra ecclesie magna caritate ministravit. Nam cum lucillus
cecus ob nimium ploratum. promisisset se fidem christianam suscipere, instanter
postulabat baptizari. quem diligenter examinans beatus Laurentius de articulis
fidei. tandem ipsum baptizavit. Statimque qui cecus fuerat lumine recepit.
Etiam multi ceci veniebant ad eum et baptizabantur ab eo. et illuminabantur.
Rursus baptizavit Ypolitum cum familia sua numero. 19. Postea baptizavit
Romanum militem afferentem urceum cum aqua. Et sic patet 4m:—

5o. deus ab eterno destinavit in corde suo beati Laurentii obedientiam in passione.
Nam gravissima supplicia pertulit. utpote qui super cratem ferream assatus
fuit. etc.

6o. deus ab eterno destinavit in corde suo beati Laurentii victoriam. unde beatus Augustinus

in passione dicit sic. Beatus laurentius mansit in proposito usque ad receptionem, usque ad tyrannicam interrogationem. Usque ad acerrimam comminationem, usque ad perceptionem, in qua longe mortis quod bis induerat et bis biberat. tamquam illa esset saginatus et illo calice ebrius tormenta non sensit. non cessit, et in rogum successit. Hec ille. Fuit autem adeo constans et fortis quod non solum tormentis non succubuit, ymmo ex ipsis factus est fortior in more feruentior in amore, et ardentior in ardore. Unde Gregorius: quod beatus laurentius quatuor ignes fortiter superauit et extinxit. [P]rimus fuit carnalis generis. Nam sequens beatum sixtum ad martirium clamabat, prout ex eod. Quo progrederis sine filio pater. quo sacerdos sancte sine ministro properas. tu sine ministro numquam sacrificium offerre consueueras. Quid in me displicuit paternitati tue. numquid degenerem me probasti. Experire certe utrum idoneum ministrum elegeris, cui commisisti dominici sanguinis dispensationem. Cui beatus sixtus respondit. Non ego te desero fili, neque derelinquo. Sed maiora tibi debentur pro fide christi certamina. Nos quasi senes leuioris pugne cursum recipimus. te autem quasi iuuenem manet gloriosior de tyranno triumphus. post triduum me sequeris sacerdotem leuita.

[S]ecundus fuit ardentis auaritie. Nam cum beatus sixtus ad decollandum duceretur, beatus laurentius clamabat prout ex eod. Noli me derelinquere pater sancte, quia thesauros tuos iam expendi quos tradidisti michi. [T]ertius fuit ignis materialis flamme. Nam milites audientes thesauros laurentium tenuerunt. et parthenio tribuno tradiderunt. ipse autem eum decio presentauit. Cui decius cesar ait. Ubi sunt thesauri ecclesie quos apud te nouimus esse absconditos. qui cum sibi non responderet, tradidit eum valeriano prefecto, ut aut thesauros prodat et sacrificet ydolis aut diuersis eum faciat interire suppliciis et tormentis. Cumque nollet laurentius uotis eius annuere dixit decius cesar. Sacrifica diis, aut nox ista in te cum suppliciis expendetur. Et beatus laurentius ait. gaudeo plane quia hostia christi effici merear. ego me obtuli sacrificium deo in odore suauitatis. Cum decius cesar afferri iussit lectum ferreum ut requiesceret in eo contumax laurentius. Ministri itaque eum exuunt, super cratem ferream extendunt, et prunis suppositis cum furcis ferreis comprimunt. Dixitque laurentius valeriano. Disce miser quia carbones tui michi refrigerium prestant. quod ipse dominus nouit. tibi autem supplicium eternum. nouit dominus quia accusatus non negaui eum. interrogatus christum confessus sum. assatus gratias ago. Ideo canit ecclesia meruit esse hostia pro leuita laurentius. quia dum in craticula positus assaretur non negauit deum. et in ducatu in sacrificium laudis. propterea alacri vultu dixit laurentius ad decium. Ecce miser assasti unam partem. gyra aliam et manduca. Sed in sua passione christus dedit ei quatuor consolationes. de quibus dicitur in ps. Nox illuminatio mea in deliciis meis etc. [P]rima causabatur ex diuini amoris dulcedine. cum dicit. Nox illuminatio etc. tunc enim nox in delicias uertebatur. quia tribulatio amoris dulcedine superabatur. Unde dicebat. Tormenta tua epule michi sunt. [S]ecunda causabatur ex securitate gratie. Unde subditur. quia tenebre non obscurabuntur a te. Tunc tenebre non obscurantur quando quis in tribulatione positus per peccati caliginem non obnubilatur. Unde securus dicebat. Deum meum colo. et ipsi soli seruio. et ideo non timeo tormenta tua. [T]ertia causabatur ex serenitate conscientie. cum dicit. Nox sicut dies illuminabitur. quod quando fit quando tribulatio luce conscientie serenatur. Unde dicebat. Mea nox obscurum non habet. sed omnia in luce clarescunt. [Q]uarta causabatur ex certitudine glorie. Ideo subdit. Sicut tenebre eius, ita et lumen eius. Tunc lumen est sicut tenebre. quando quis recipit [illegible] gaudiorum. secundum multitudinem passionum. Istam certitudinem habebat beatus laurentius quando dicebat.

gratias tibi ago domine quia ianuas tuas ingredi merui. Et sic pro astantibus orans tradidit emisit spiritum etc.

In festo assumptionis virginis marie.

Maria optimam partem elegit. luc. x. et in euangelio presentis solempnitatis. Damascenus in sermone hodierno dicit sic. Hodie virgo celesti templo inducitur. Sacra et animata archa in templo non manufacto reponitur. columba innocens auolans ex archa id est corpore. quo deum suscepit pedibus, requiem aduenit. Hec ille. Super quo verbum moueo questionem, utrum beata virgo per suam gloriosam assumptionem obtinuerit beatitudinem omnium sanctorum fructuosam perfectione. [A]d istam questionem respondent tres doctores noui testamenti. [P]rimus est beatus ieronimus in sermone hodierno dicit. Legimus quod sepe ad funera sepulturasque sanctorum angelos aduenisse, et ad exequias eorum obsequia prestitisse. animas etiam eorum usque ad celos cum ymnis et laudibus extulisse. et eosdem multo lumine splenduisse fusi et adhuc uiuentes in carne ibidem miro odoris fragrantia presensisse. Si ergo talia et tanta et defectibus clementer dignatus est exhibere. quanto magis eius genitrici in die obitus sui credendum est celorum militiam obuiam aduenisse eamque ingenti lumine circumfulsisse. et usque ad tronum glorie perduxisse. nulli dubium est tota illa celestis curia sine zelo ineffabili letitia exultasse. et tunc inundata fuisse ineffabili claritate. lucemque cum iubilatione congratulasse. Hec ille.

[S]ecundus est beatus bernardus in sermone hodierno dicit. Que in plenitudine sanctorum detentio eius cum nusquam defuit fides patriarcharum. nec spes prophetarum. nec zelus apostolorum. nec constantia martirum. nec sobrietas confessorum. nec castitas virginum. nec fecunditas coniugatorum nec puritas angelorum. Hec ille. Patet ergo quod fuit prima gratie plenitudine predita quod si ipsa sola in una parte penderet. et ceteri angeli et omnes sancti tam ueteris quam noui testamenti in statera alia ponerentur. ipsa premia gratie habundantia amplius ponderaret. quia omnes gratias quas alii habuerunt precellit. ipsa habuit ultra. Ideo ipsa est luna ciuitatis superne. quod notatur cum dicitur. Maria id est illuminatrix. Unde bernardus dicit. Marie partu toti illuminatur orbis, adeo ut et ipsa superna ciuitas clarius rutilet virginee lampadis illustrata fulgoribus. Hec ille. [T]ertius est beatus thomas 3. p. q. 27. ar. 5. dicit sic. In rebus naturalibus [p]rimo quidem est perfectio dispositionis, puta cum materia est perfecte disposita ad formam. [S]ecunda autem est perfectio forme que est potior. Nam et ipse calor perfectior est qui prouenit ex forma ignis. quam ille quo ad formam ignis disponebat. [T]ertia autem est perfectio finis. sicut cum ignis habet perfectissime suas qualitates cum ad locum suum peruenit. Et similiter in beata virgine fuit triplex perfectio gratie. [P]rima quidem quasi dispositiua per quam reddebatur ydonea ad hoc quod esset mater christi. Et hec fuit perfectio sanctificationis. [S]ecunda autem perfectio gratie fuit in beata virgine ex presentia filii dei in eius utero incarnati. [T]ertia autem perfectio est finis quam habet in gloria. [Q]uod autem secunda perfectio sit potior quam prima, et tertia quam secunda, patet per ordinem ad bonum. Nam primo in sua sanctificatione adepta est gratiam inclinantem eam ad bonum. In conceptione autem filii dei consummata est ei gratia confirmans eam in bono. In sua uero glorificatione consummata est eius gratia perficiens eam in fruitione omnis boni. Hec thomas. Secundum quod beata virgo est imperatrix et regina celi propter quatuor. Primo.

1 Ratione propinquitatis.
2 Ratione dignitatis.
3 Ratione pietatis.
4 Ratione auctoritatis.

[P]rimo ratione propinquitatis. Nam inter christum et beatam virginem est propinquitas filiationis. dispositionis. et meritatis. Est enim filia dei patris. ipse sibi fidauit eam altissimus. ideo habet ad ipsam precipuum affectum. propter audi filia et vide et inclina aurem tuam. usque ad

qui ipse est dominus deus tuus. Est et sponsa dei. Jo. 3. Qui habet sponsam
sponsus est. sponsus autem est spiritus sanctus. ps. Ipse tamquam sponsus procedens de thalamo
suo. ideo ad ipsam habet amorem sincerum. Sapie. 8. hanc amavi et exquisivi et
quesivi eam mihi sponsam assumere et amator factus sum forme illius. Est et mater dei.
ps. homo natus est in ea etc. ideo super ipsam habet maiorem auctoritatem et potestatem. Sibi
inter filio imperare. hoc figuratur 3. Re. 2. Ubi bersabee mater salomonis imperavit eum dicens
petitionem unam petto a te ne confundas faciem meam. Tunc ei rex sua consi
dixit. quod id quod peteret denegaret. Ideo rex sibi respondit. pete mater mea.
Neque enim fas est ut avertam faciem tuam dixit a te.

2° zone dignitatis. ps. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata
varietate. Ubi dignitas beate virginis declaratur quo ad tria. Primo quo ad locum
cum dicitur. Astitit regina a dextris tuis. hoc figuratur 3. Re. 2. Ubi dicitur positus est thronus
matris que sedit ad dexteram eius. 2° quo ad habitum. cum dicitur in vestitu deaurato.
pu. ultimo. bissus et purpura indumentum eius. ps. Mirra et gutta et cassia
a vestimentis tuis. Super quo dicit glo. hic laudat propheta sponsam ab ornamentis
hiis at aromatibus. odor virtutum significatur quod odores nuptiali gaudio adhibentur
ut in nuptiis fieri solet. Sunt enim iste species aromatice has proprietates. Mirra
enim est amara et consumit carnem a putredine et vermes expellit. Et ideo mirra
significat carnis mortificationem que licet sit carni amara tamen conservat a putredine
luxurie et expellit vermes corruptionis male. et sic castitatis custoditur. Gutta
expellit omnes inflaturas et tumores. Et ideo significat humilitatem que cordis tu
morem curat. Cassia in aquosis locis nascitur et crescit. et significat pietatem que
nascitur in cordibus illorum qui sunt compassibiles et devoti. Iste tres species aroma
tice i. virtutes. s. Mirra castitatis. gutta humilitatis. et cassia pietatis excellen
tissime in beata virgine fuerunt. Eius enim virginitas fuit odorifera angelis. humili
tas deo. pietas toti mundo. hoc vestimentum est aureum. quo ad prosperitatem et ful
gorem. 3° quo ad obsequium famulorum. cum dicitur. circumdata varietate. s. angelorum et
sanctorum diversitate. qui omnes beate virgini famulantur.

3° zone potestatis. Ipsa enim tamquam imperatrix angelos in ministerium mittit. et secreta
palatii celestis eis committit. Unde b. in quodam sermone dicit sic. Persuadet ymo
compellit nos celsitudo tua credere ut regno filii tui beatissima virgo mater etiam ipse
principis. quod per angelorum ministeria tuis sepe devotis subvenias. Si enim angelus
angelis mittit. confidenter credendum est sancta devotio quod imperatrix angelorum tanto
magis habet angelos ad obsequium. Quanto differentius pre illis nomen hereditavit.
Si cum Josue dux ysrael iussit sole stare. quo non omnia sydera ad nutum
imperatricis glorie discurrunt. Si cherubin et seraphin de fonte biberunt inferioribus
angelis quedam archana revelant. Quanto magis gloriosa virgo de osculis filii sui
amplexum eius degustato. ministeria angelis suis copiosius effudit. hec ille.
Eternam demones de palatio celesti expellit.

4°. zone auctoritatis. Tantam enim auctoritatem habet in celesti palatio. quod omnibus
aliis sanctis omissis. ad ipsam licet ab omni curia appellare. Primo si quis
gravatur a dyabolo ad ipsam appellare potest. sicut ad imperatricem. Exemplum de theophilo
deposito a vicedominatu ab episcopo suo. qui desperatus dyaboli servum se fecit. Cirographo
propria manu scripto et dyabolo tradito. Tamen in se reversus et penitens. ad celi
reginam appellavit. et ipsa omnia restituit. Cirographum theophilo reddi iussit
et veniam et graciam eidem procuravit. 2°. Si quis gravatur a tyranno. ad ipsam
appellare potest. sicut ad reginam mundi. Exemplum de basilio. cum Juliano apostata

volens ad plenum cum minatus fuisset quod in redditu suo civitatem eius destrueret. Sanctus basi
lius ad beatam virginem appellavit. que militem quendam nomine mercurium suscitavit.
qui super equum ascendens et ad Julianum pergens. lancea in eum directa ipsum occidit.
Unde gilbertus dicit sic. Veniant ad beatam mariam iusti cum basilio. effectum celerem
percepturi. Veniant et peccatores cum theophilo in auxilium maria adepturi. hec ille.
3° si quis gravatur a corpore proprio. ad ipsam appellare potest. sicut ad reginam. Exemplum
de maria egipciaca que multo tempore carnali corruptione consumpsit. tandem ad beatam
virginem confugit et appellavit. et sic corruptionem vicit. et castitatem servavit. 4°
si quis gravatur a iusticia dei. ad ipsam appellare potest. sicut ad imperatricem. Exemplum de hest.
2°. Cum enim rex assuerus iudicio esset iratus. regina hester ad eum placandum
accessit. Cui rex dixit. Etiam si dimidium regni mei petieris dabo tibi. Iste
est beata virgo cum qua deus divisit regnum suum. Nam cum deus habeat iusticiam et
misericordiam. Iusticiam sibi retinuit. Et beate virgini misericordiam contribuit. ideo
si quis gravatur a foro iusticie dei. appellat ad forum misericordie dei. hebr. 4. Adeamus
cum fiducia ad thronum gratie. ut misericordiam consequamur. et gratiam inveniamus in tempore opportuno.
Et enim beata virgo sit thronus misericordie dei. que superexaltat iusticiam dei. Ideo merito optimam
partem elegit:—

Maria optima partem elegit —

Legis divinalis.
Legis naturalis.
Legis prophetalis.
Legis sapientialis.
Legis spiritualis.
Legis finalis.

Primo Maria optima partem elegit. legis divinalis. Circa quam
Lege divinali continentur septem mirabilia. que beata virgo perfectis
sime in se habuit. Primo ignis eternus. hebr. 12. deus noster ignis consu
mens est. Hic enim ignis ullam permixtionem patitur propter suam
puritatem. sed alia purificat. Sic domina est tante puritatis
quod ullam corruptionem in se recepit. quamvis potius alia purificat. Hic
ignis in ventre virginis 9. mensibus habitavit. quo tota fuit inflammata. quia tota ipsam
divinus amor implevit. hieronymus. Maria tota impleverat spiritus sanctus. tota incalue
rat divinus amor. ita ut in ea nichil esset quod mundanus violaret affectus. igne inter mutuit.
Et sicut aurum ad puritatem ignis liquescit. sic anima beate virginis ad puritatem ignis divini
tota liquefacta fuit. Canti. 5°. Anima mea liquefacta est. 2°. in lege divinali conti
netur splendor divinus. hebr. 1. Qui cum sit splendor glorie. hic enim splendor
9. mensibus in ea habitavit. quod eam totam splendidam fecit et illuminavit. apoc. 12. Signum
magnum apparuit in celo. mulier amicta sole. i. divino splendore. Ipsa enim illuminat obstina
tos. ad expellendum tenebras peccati. Ipsa et illuminat negligentes et tepidos. unde in
ephe. 5°. Surge qui dormis et exurge a mortuis. et illuminabit te xpus. Ipsa et illu
minat in deo sperantes et sibi devotos. consummatos in lumine gratie dei. 3°. in lege divinali
continetur thesaurus sapientie. Col. 2. In quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie dei absconditi.
hic thesaurus sapientie fuit in ventre virginis 9. mensibus. quod eam sapientissimam fecit. 4°. in
lege divinali continetur fons misericordie. hic fons procedit ad nos per beatam virginem. sicut
per aqueductum. per istum aqueductum fluunt aque gratiarum de celo in mundum. b. Aque
ductus est maria cuius nimirum summitas instar scale iacob celos tangit. ymo
et transcendit. ut illum aquarum fontem qui super celos sunt attingere possit. Nam
in fons usque ad nos. que descendit illa celestis vena per aqueductum. non tamen fontis
copia nobis exuberans. sed stillicidia gratie cordibus nostris attentius. Alii quidem plus. Alii
minus accipiunt. Aqueductus est maria quod plenitudinem fontis de corde patris accepit
et nobis illam non prout est. sed prout capere poteramus edidit. Quo non hec noster aque
ductus fontem illum attingit tam sublimem. Quo non putas. nisi vehementia desiderii.
fervore devotionis. puritate orationis. Quo non nunc iterum attingit. nisi pulsans pe
tendo et querendo. hec ille. 5° in lege divinali continetur nimius candor. Sapie. 7°.
Candor est enim lucis eterne et speculum sine macula. hic candor puritatis refulsit
in beata virgine. Canti. 4°. Tota pulcra es amica mea. et macula non est in te. 6°.

Sexto in lege divinali continetur divinus odor, de quo dicitur Eccli. 24. Ego quasi vitis
fructificavi suavitatem odoris. Hic odor fuit in beata Virgine. Eccli. 24. Sicut cynamomum
et balsamum aromatizans odorem dedi. Nam cynamomum quod est bonum et laudabile habet multas
Nota: plicas [illegible] et maxime valet contra vulnera laborum. Que autem sunt vulnera laborum
nisi prava locutio. Ista locutionum vulnera sanat Virgo beata ex sua locutione
moderata. Omnia enim verba sua fuerunt virtutum rerum medicina et [illegible] locuta
est. Ipsa enim fuit discreta in querendo quando dixit. quomodo fiet istud. fuit humilis in
obediendo quando dixit. Ecce ancilla domini. fuit curialis in salutando quando salutavit
Helisabeth. fuit grata in regratiando quando beneficia dei recognoscens dixit. Magni-
ficat anima mea dominum. fuit modesta in reprehendendo quando dixit. Fili quid fecisti nobis
Non enim eum maledixit ut turbata decrepavit. Sed cum modestia corripuit. fuit
pia in compatiendo quando compassa est sponso cum vinum defecerat. Unde dixit. Vinum non habent
fuit sapiens in consulendo quando dixit ministris. Quodcumque dixerit vobis facite. Septimo
in lege divinali continetur suavis dulcor. Sicut enim petrus in Christi transfiguratione tantum fuit
plenus dulcedine quod inde nolebat descendere. Postquam gustaverat et viderat quam suavis est
dominus. et dixit. Quam magna multitudo dulcedinis tue domine. Sic beata Virgo in con-
ceptione mira suavitate fuit repleta. ut omnibus memoria suavitatis et dul-
cedinis sine cessarent. O quam non beata Virgo meruerit esse mater dei et [illegible]
raria secretorum celestium. Ideo deus pater filius et spiritus sanctus hoc volentes eam honorare super
omnes creaturas. convocatis ad celum quatuor dotibus. quarum diffinitione gene-
raliter proposuerunt. An beata Virgo hoc debeat assumi in celum corpore et ani-
ma. Primo accessit domina justitia. dicens. justum est dicit et rectum [illegible]. Cum ergo valde hono-
res corpora sanctorum in terris. multo magis honorare debes corpus tue matris
magis enim honore vis vere curare quam Christus ad horam portavit. Corpora sanctorum que
fuerunt organa spiritus sancti. ymagines pictas que sanctos representant. ergo magis honorare
debes corpus beate Virginis. in quo Christus novem mensibus habitavit. et quod fuit spiritus sancti or-
ganum. et Christi spirituale tabernaculum. et totius trinitatis nobile triclinium. et in quo di-
vina ymago [illegible] paruasit. in quo filius dei qui est ymago patris habitavit. per quam
ymago hominis que corrupta erat. reparata fuit. Et multorum sanctorum corpora in terra
et libertate conservas. quorundam non corpora miraculorum gloria illustras. quorun-
dam crebra visitatione fidelium magnificas. quorundam vero sepulcra auro
et gemmis exornas. quorundam angelicis manibus sepulcris preparatis exaltas.
Cum ergo corpus beate Virginis non sit minoris dignitatis. ymo maioris. ideo magis
debet honorari. scilicet per assumptionem in celum. Secundo accessit domina potentia. dicens
Augustinus. Si potestati salvatoris est de sanctorum corpore capillum non perire. et et
matrem suam in anima et corpore posse integram servare. Et si nullus dubitet. hoc
eum posse credat. Credere dubitandum non est et eum velle. Bene in uno
in veteri testamento. post naturale [illegible] servavit incorrupta. sola [illegible]. maria incorrupta
post nunc non servabit gratia. [illegible] [illegible] forme [illegible]
in summa maior dotata [illegible] dignitatem. qua in vita precipua gratia sua [illegible]
honoravit. hoc Augustinus. Qui ex ea nasci potuit virginem relinquere. ergo
ergo in morte singulari salvator et spirituali gratia potes eam a putredine et pulvere
alienam facere. Tertio accessit domina bonitas. dicens. boni filii est magis parere matri
quam sibi. Tam bonus filius fuit Christus. quod hanc vitam mortalem et maxime in
parte magis peperit matri. quam sibi. quia tunc voluit matrem gaudere. unde [illegible]
Cum pius et gaudens. cantat celi agmina laudes. Ipse et voluit flere. unde
illud sapientie 7. primam vocem similem omnibus emisi plorans. Cum ergo pius hanc vitam

sibi peperit ab illa sua quam dicta est pulvis es et in pulverem reverteris. Gen. 3.
ad bonitatem filii pertinet quod matrem exceperit ab eadem sua. unde idem ps. Non
dabis sanctum tuum videre corruptionem. Quarto accessit domina sapientia. dicens. idem prov. 9. Sa-
pientia edificavit sibi domum. Sapiens autem architector domum pulcram facit
intus et extra. Domus autem beate Virginis et in vita mortali fuit tota pulcra. et intus
in anima per puritatem. et extra in corpore per virginitatem. Si ergo in hac vita sapientia
dei edificavit sibi domum pulcram. Ad eandem sapientiam pertinet et post hanc vitam
non diminuere sed augere. ut sit pulcra intus in anima per felicitatem. et extra in corpore
per immortalitatem. unde idem cant. 4. Tota pulcra es amica mea. Hiis au-
ditis [struck]. Circa Virginem hoc nove miranda fuerunt exhibita. et indubi-
tanter ab omnibus catholicis tenenda. Primum est commendata consolatio scilicet per angelum. ad no-
missionem quam eam venerunt salutavit. Secundum est omnium apostolorum congregatio. scilicet per angelos
que eos per predicationem dispersos congregaverunt ad hostium Virginis. Tertium est. sine dolore consummatio
scilicet ut sine dolore moreretur. Quartum est sepultura in valle Josaphat preparatio. similis
sepulture Christi de novo constructe. Quintum est exequiarum devotio. scilicet per Christum et eos qui
secum advenerat et per apostolos. Sextum est Christi et totius curie celestis obviatio. scilicet post
tres dies sine morte. Nam cantatum est celum [illegible] videtur. Primo quod Christus descen-
dit in uterum Virginis. tunc enim tota [illegible] trinitas et omnes angeli assisterant Christum in
incarnatione. Secundo quia Christus constituit corpus et sanguinem suum sub sacro in cena.
Tertio in die ascensionis Christi. tunc cum ullus angelus in celo remansit. sed omnes obviaverunt
sibi. Quarto in assumptione beate Virginis ad gloriam dei. Septimum est judeorum persecutio vole-
tium feretrum evertere et corpus comburere. Octavum est miraculorum commonstratio et eos qui
manus ad feretrum applicuerant. Nonum est in anima et corpore sua assumptio. et quod. deus
pater clamavit ad beatam Virginem. dicens. idem cant. 2. Surge propera amica mea. columba
mea formosa mea. Iam enim hyems transiit. imber abiit et recessit. Veni
de libano sponsa mea. veni coronaberis. Ubi dicit Virgo de [illegible] ver. hyems et
imber in vita mortalis quem transiit hyems ad aggrediendum bonum est pigra. ad per-
admirantes in [illegible]. Ac si diceret. Ecce [illegible] quod factum sit de
me. quod fructus procedit ex me. quia et contra bonum non in solis sed omnibus
generationibus proveniet ex me. Nam et angelorum generatio numerum per meum
partum redintegrabitur et hominum generatio in Adam maledicta per benedictionem fructus
ventris mei ad eternam benedictionem regenerabitur etc. —

Secundo in beata virgine est gratia omnis vite preambulis. Oracius quod nativitas beate
virginis fuit multis figuris et enigmatibus prefigurata. Primo in paradiso voluptatis
in quo positus fuit Adam in statu innocentie. Sic beata virgo fuit ortus de-
liciarum in quo positus fuit Christus secundus Adam. Unde ipsa dicit. Cant. 6. Dilectus
meus descendit in ortum suum. Secundo in archa diluvii. de qua Gen. 7. Dixit
deus ad Noe. Fac tibi archam de lignis levigatis. mansiunculas in ea facies
et bitumine linies eam intrinsecus et extrinsecus. Ista archa est beata virgo. Quam
pater precepit filio suo ut faceret sibi archam hanc. Quia nunc enim erant rupti
fontes abyssi. ideo inundavit diluvium viciorum. Osee 4. Maledictum
et mendacium. homicidium et furtum et adulterium inundaverunt. Inundaverat
enim maledictum rupto fonte incredulitatis. Mendacium rupto fonte falsitatis.
Homicidium rupto fonte crudelitatis. Furtum rupto fonte cupiditatis.
Adulterium rupto fonte carnalis voluptatis. Propter hanc inundationem cla-
mabat David in psalmo. Salvum me fac deus quoniam intraverunt aque usque ad animam
meam. Contra istam inundationem adhibuit deus remedium scilicet archam beatam
virginem fabricando. in qua Noe i. Christus ingrediens mundum ab isto
diluvio salvavit. Ista archa fuit de lignis levigatis i. complanatis
quia ab omni appetitu peccati immunis. Fecit in ea mansiunculas scilicet patri
per humilitatem. filio per fecunditatem. spiritui sancto per virginitatem. Linivit eam
bitumine caritatis ne aque diluvii usque in eam subingrederentur. Bernardus super Missus
est sic. Quid humana fragilitas trepidat ire ad Mariam. Nichil in ea
austerum. nichil terribile. tota suavis est. Hec ille. Maria mater gratie. mater misericordie.

Tertio in beata virgine est gratia omnis vite prophetalis. Oracius quod nativitas beate Marie
fuit propheticis promissa. Balaam. Num. 24. Orietur stella ex Jacob. et
consurget virga de Israel. et percutiet duces Moab. Hec enim stella est
beata virgo. quasi de stella. Unde Augustinus in quodam sermone. [illegible] magis
apparuit tunc nobis apta. et ad sublimitatem tunc solum [illegible]
fuerat. nunc est dulcissima mater. i. stella maris dicitur. nobis namque
navigantibus per hoc mare magnum et spatiosum est. Virgo mutabilis mor-
talitatis fluctus. speciosa nimis tua speciosis sydera sydere refulgit.
ut nos per te recuperate felicitatis perducat in patriam. Felix profecto novum
non novit. quod est ore [illegible] auri melius. cordis nobilius. quod pre-
levat. species admirat aspectum. Hec ille. Et Bernardus super Missus est.
Ipsa est nobilis illa stella orta ex Jacob. cuius radius universum mun-

dum illuminat. cuius splendor prefulget in supernis et inferos penetrat. terras
et perlustrans et calefaciens mentes magis quam corpora. fovet virtutes.
extinguit vitia. Hec ille. Job. 24. Si subito apparuerit aurora.
arbitrantur umbram mortis. Demones enim velut latrunculi adventu
aurore fugiunt. quia nativitas virginis ipsos fugavit. eorum potestate ca-
ptivos [illegible] 3. ipsa conteret caput tuum. Unde Fulbertus Carnotensis
episcopus dicit. Quid est ei caput serpentis conterere nisi principalis dyaboli suggestionem
resistendo superare. Beata igitur maria eius caput contrivit. quia virginitate et humi-
litate servavit et custodivit. Hec ille. —

Quarto in beata virgine est gratia omnis vite iubilus. Oracius quod hoc nomen maria
fuit sibi ab angelo impositum. Luc. i. Nomen virginis maria. quod est nomen
magne [illegible]. Unde Jo. Damascenus in sermone hodierno. Constituimus
diem solempnem in nativitate beate marie genitricis dei. Letare Anna sterilis que
non paris. Erumpe clama que non parturis. O felix copula Joachim et
Anne. quibus nata est virgo maria. virgo in partu. virgo post partum. O filia
pulcherrima. O filia dulcissima. O lilium natum inter spinas. ex nobi-
lissima et regia stirpe davitica. Per te regia ditatur cum sacerdotio.
Per te fit legis translatio. per te revelatur spiritus latens sub litera. sacerdotalis
dignitate translata est a tribu levi ad tribum iuda. O rosa nata ex spi-
nis iudeis. que divino odore replesti omnia. O Ade filia. et dei
mater. beati ventres qui te portaverunt et beata que complexe sunt te. O sanctissi-
ma filia Joachim et Anne. O sacratissimi fetus quem minime portaveris in
brachiis. et potestates apostaticas abigis tremefactas. O plus sanctissi-
ma quem minime pedibus ab ubere angelorum obsequiis honoraris. O
soboles sanctissima. perpetua gloria. te generationes generationum benedicent.
Hec ille. Istud nomen maria componitur ex his literis. Per has huius beneficia que
beata virgo contulit mundo in hac sua nativitate. Per M. denotatur
quod ipsa est mediatrix nostra scilicet inter deum et homines. Psalmus. Suscepimus
deus misericordiam tuam in medio templi tui. Per A. denotatur quod est auxiliatrix nostra.
Bernardus. Domina nostra. auxiliatrix nostra. tuo filio nos reconcilia. tuo
filio nos recommenda. tuo filio nos representa. Fac benedicta per gratiam
quam invenisti. per prerogativam quam meruisti. per misericordiam quam pepe-
risti. ut sicut te mediante filius tuus dignatus est particeps fieri infirmitatis et
miserie nostre. sic quoque te intercedente participes nos faciat glorie
et beatitudinis sue. Hec ille. Per R. denotatur quod est reparatrix nostra.
Augustinus. Mater generis nostri penam intulit mundo. genitrix domini nostri sa-
lutem attulit mundo. Auctrix peccati Eva. auctrix meriti Maria.
Eva occidendo obfuit. Maria vivificando profuit. Percussit illa. sa-
navit ista. Hec ille. Per J. denotatur quod est illuminatrix nostra. 2 Reg. 23.
Lux aurore oriente sole mane absque nubibus rutilat. Nam in
beata virgine fulsit lux aurore quia in utero matris fuit sanctificata
et tunc omnem nubem peccati originalis spiritus sanctus ab ea fugavit
que omnibus sua beneficia contulit. [illegible] 49. Dedit te in
lucem gentium ut sis salus mea usque ad extremum terre. Per A. de-
notatur quod est advocatrix nostra. Bernardus. Advocatam premisit peregrinatio

nra q tanqȝ nubes nr̄a z nr̄a nunc supple z effican̄t nr̄a ne
gotia ptractabit. h° ille. ppea cātat ecclia. Eya ergo advocata
nra zc. Istud nomen mr̄a cōpetit ex. h°. lr̄is qz ipa e figurata
p quinqȝ dnas vetris testi. quaz noīa incipiunt ab aliqua lrāz
huius noīs. P. m. denotat q ipa fuit figurata p michol
que fuit uxor dd regis z pphe. et i tm ipa placuit dd
q cu dn fuisset ex regib' iudeoz noluit redire i statum regum
nisi primo putata eet sibi. ut h̄r. i. Rg. ult. Sic bta ugo
i tm placuit altissimo. q filius dei ex(ist)ens ex regibus mūdi no
luit i(n)gredi nisi prius ipa nasceret i mūdo. Michol eum
interptat' pictus. et ipa fuit pietate plenissima. P. A. denotat
q ipa fuit figurata p Abigail q et fuit uxor dd. Cu
eni nabal vir eius esset rusticus z male indissiz nuncios
dd. pposuit dd ipm occidere z omnes domu eius. At u abigail
cognouit obuiauit dd. z verbis humilib' ipm placauit. ut
h̄r. i. Rg. 25. Sic bta ugo cognoscens dni iram ct genus
huanu sua maxia humilitate placauit ipm. P. R. denotat
q fuit figurata p. Rachel. que fuit uxor Jacob. z genuit Joseph
qui interptat' saluator. ut h̄r. gn. 33. Sic bta virgo genuit sal
uatore mūdi. P. J. denotat q ipa fuit figurata p Judith. q
virtute castitatis occidit holofernē ut h̄r Judith. 13. Sic bta ugo
iusto sue humilitatis z virginitatis interfecit luciferu pncipe diaboloz
cu recurs' eius ptate z viu. P. A. denotat q fuit figurata p Abisag.
q fuit electa sup omnes filias yrlm. tanqȝ pulcrior z delectabilior ad
seruiendum z ad ministrandum regi dd. ut h̄r. 3. Rg. 1. Sic bta virgo fuit electa
sup oes uirgines ad ministrandum regi celesti. ecct. 24. In habitatione scta
coram ipo ministraui. Istud nomen cōpetit ex h. lr̄is significatis i bta
virgine virtutes z pfectiones. h. lapides pciosos. P. m. denotat q
ipa e margarita que e lapis pciosus pulcherrimus z confortat cor
i pectus. Sic bta ugo e refugiu nrm i pectionib' nris. P. A. de
notat q ipa e adamas q ht uirtute recōciliatiua. Sic bta ugo
recōciliauit huanu genus cu deo. P. R. denotat q ipa e rubinus
siue carbunculus. q e valde splendidus z nascit' in visceribus
saphiri habens splendore z colore celeste. Iste saphirus e bta
virgo. i cuius visceribus opatione spūs sci generat' e rubinus s. yhs
xpus. P. J. denotat q ipa e iaspis q reddit hoiem ipm ferentem
tutum sine timore. Sic bta ugo facit nos securos adiuuantib'.
P. A. denotat q ipa e alectorius q facit hoiem fortunatu ad
habendos honores. Sic bta virgo cōtribuit nobis maxios honores.
B. Si maria diliget' inspicitis. nichil virtutis. nl honoris. nl
splendoris. nl glie q ex ipa no splendeat. h° ille.
h. i bta ugine est gra oīs vite z virtutis. virtualis. Septies q glo
riosa z virgo bta virgo fuit cōpetentib' suis. fuit i teplo. fuit cu

cu anglo. fuit cu sponso suo. fuit cu helisabeth. fuit cu xpo filio suo.
fuit cu cetu aplōz. fuit cu Johne custode suo. P°. fuit cu ptib' suis.
s. Joach' z Anna q eā i timore dni nutrierūt. toto ablactatōis tpre
s. triennij. quo nec iudaim nec gentium corrupunt. Sz ipos seruis ma
gna abstinetia ipam docuit. a cibo. potu. sompno zc. eccl. 3. Cor
sapiens z intelligens abstinebat se a peccatis. 2°. fuit i teplo. qz qrto anno
etatis sue cu oblatōib' ad templum a ptib' suis fuit adducta. que
15. pos. gradus dixit. mx. 15. gradus ascēsiōis tpli. quos bta
virgo sine humano no tm sed diuino auxilio cōscendit. qua peracta eius
pfecta oblatione cu ceteris virginib' i templo dimiserūt. 3°. fuit cu
anglo. qz virgo quotidie i oi sctitate pfectus ab anglo visitabat'.
z visione diuina oi die fouebat'. A mane usqȝ ad 3am orōib'
instabat. A 3a usqȝ ad nonā texebat. A nona ab orōne no cessa
bat quousqȝ anglus apparens sibi escā ministrabat. 4°. fuit cu suo
sponso Joseph. cui nupsit. 14. etatis sue anno. ut hr̄ i legēdis
ubi diligent' vide. 14°. etatis sue ano pontifex zc. usqȝ dei ea na
sciturā dei filiu nuntiauit. 5°. fuit cu helisabeth cognata sua tbz
mēsibus. luc. 1. 6°. fuit cu xpo filio suo eunte i egiptu z in redeūte
usqȝ ad nuptias i quib' aqua cōuertit i vinu. luc. 2. et Jo. 2. 7°.
fuit cu cetu aplōz ab ascensione xpi usqȝ ad egressu eoz de yrlm.
act. 1. 8°. fuit cu Johne custode suo usqȝ ad assumptionem eius i celu. To
to igit' dt. Toto affectu ad auxiliu bte virginis cōfugiam'. omnes eam
sua patrocinia iplorem'. ut qu nos ea supplici obsequio fre
quentauim' i terris. ipa nos p scta cōmendare digneť in celis. Amen.

In festo sci mathei apli z euangeliste.

Vidit yhus matheu. mt. 9. et i euāgelio pñtis solēpnitatis. beda in
omel. sup mt. sic dt. Nō e mirum q ad pmā dni iubentis uocē
terrena que curabat lucra relinqt. opibusqȝ neglectis illius comi
tatum. quē nl diuitiaz hre cernebat adhereret. ipe eī dns foris
cu vbo vocauit. itus istinctu i(n)uisibili ut sequeret' edocuit. i(n)fudēs
illius menti gre lumē spualis. qua intelligeret. q is q a temporalib'
aduocabat i terris. i corruptibiles dare valeret thesauros i celis.
h° ille. Sup quo themate nonnulli zc. Vt tm bt's matheus de
theloneo vocatus fuit statim assumptus ad statum pfectōis z aplatus.
Ad hac cōmendant. quoz. dr. nom testi. Primus e bt's hieronimus
sup mt. sic d. Matheus de publicano repente fit aplus. 2us
est beda sup luc. sic d. Matheus de publicano i aplim. de theb
nario i euangelista est repente mutatus. h° ille. 3us e Ambrosius sup luc.
d. sic. Tanta expeditate sequi dnm dicitur ut i nullo penitus
huius vite respectus ut cogitationis sibimet reseruauit. ppt q ille me
rito obiit qui huana cōpendia negotia deseruit. diuinoz fidelis
dispensator fctus e. h° ille. 4us e sctus tho. quolibet. h. d. sic. qo
ista ex verbis euāgelii determinare pot. Si e loquamur de aplatu.

manifestum est ex verbis euangelistarum super vocacione mathei. mathei et luce. quod dominus post vocacionem mathei aliquo spacio temporis interiecto ex suis discipulis 12 apostolos nominavit et elegit. inter quos unus fuit matheus. Et sic patet quod status apostolicus fuit non solum ad discipulatum christi non autem ad apostolatum vocatus. nam sue predicacionis christi quem cum in apostolis summis disponebat. et sic hoc intelligenda sunt verba Ieronimi beda et ambrosii. Sed at loquuntur de perfectione eius. Sic manifestum est quod status apostolicus vocatus est ad statum perfectionis. Dicit enim luce 5. quod relictis omnibus secutus est eum. Sed secundo verbis mathei de statu peccati conversus est ad statum virtutis et perfectionis eiusdem. quia ihesus vidit matheum. scilicet interna inspiracione. Unde beda in omelia. hodierna Ex lectione ewangelica audivimus quia sedentem in theloneo matheum. ac temporalibus curis intentum. repente dominus misericorditer vocavit. et de publicano iustum. de thelonario discipulum fecit. quem et perfectionibus eius gracie incrementis. de grege discipulorum imo ad apostolatus gradum promovit. hec ille.

Vidit ihesus matheum.

- Obedientem.
- Distribuentem.
- Euangelizantem.
- Commendantem.
- Iustificantem.
- Erudientem.
- Subvenientem.

Primo vidit ihesus matheum. obedientem. Unde beda in omelia. hodierna dicit sic. Vidit igitur ihesus hominem sedentem in theloneo matheum nomine. vidit autem non tam corporeo intuitu quam interne miseracionis aspectu quo et petrum negantem ut reatum suum agnosceret et defleret postquam aspicere dignatus est. quo populum suum egiptiaca servitute depressum ut eriperet respexit. dicens ad moysen. videns vidi afflictionem populi

ps. respice in me et mis. mei qui est in egipto et descendi liberare eos. vidit ergo hominem. misertus est eius. quem huius temporis studiis deditum. nec dum eius nomine dignum existeret. vidit sedentem in theloneo. preterea videlicet animo lucris temporalibus inhiantem. et relictis omnibus secutus est eum. Sequi enim imitari est. Ideoque ut pauperem christum non tam gressu quam affectu sectari potuisset. reliquit propria qui rapere solebat aliena. hec ille. Ergo hoc notatur in matheo obediencie velocitas.

Secundo vidit ihesus matheum. distribuentem. Unde beda in omelia. hodierna dicit sic. Factum est autem discumbente illo in domo ecce multi publicani et peccatores venientes discumbebant cum ihesu. Videns publicani conversionem, multos ex eorum principibus habuit. nec est

clyi. dubitandum est quia publicani et peccatores esse desiderant qui cum ihesu discumbebant non esse in peccatis perseverare decreverant. et qui sine peccato est convertere auderet. matheus ipse convivium illi magnum paravit. Cognita quippe beneficiis celestibus vite repedit. ut a quo perhenniter bona speraret. illi sua temporalia commodaret. cuiusque corporibus refoveret corporis. quo ipse divine gracie spiritualis acceperat suavitatis. Nec hoc tamen in corporali exhibuit sed interius gratius illi convivium in domo pectoris sui per fidem ac dilectionem paravit. hec ille.

Ecce quam magna liberalitas beati mathei erga christum. quia statim fecit ei convivium magnum in domo sua. Fuit enim magnum quo ad 4. Primo racione voti. quia cum magno affectu et desiderio ipsum recepit. 2o racione misterii. quia illud fuit indicativum magni misterii. quod exposuit glossa super luce 5. Qui domicilio christum interno recipit maximis delectacionibus exuberatum pastus voluptatum

intrante domino libenter ingreditur. et in eius qui crediderit recubit affectu. hec ibi. 3o racione documentorum. quia ibi magna documenta exhibuit. christus quando dixit se venisse ad medicum et sanum. cum ait. Non egent qui sani sunt medico. sed qui male habent. Item ad misericordiam cum ait. Misericordiam volo et non sacrificium. Item ad vocacionem cum ait. Non veni vocare iustos sed peccatores ad penitenciam. 4o racione imitatorum. quia magis discumbentes imitati sunt. scilicet christus discipuli eius et pharisei. Unde murmurantes pharisei dicebant ad discipulos. quare cum peccatoribus et publicanis manducatis et bibitis. Quia enim pharisei murmurabant quod hominem peccatorem dimittebat matheus utrique est magna parata. quia pharisei dicebant ipsum esse peccatorem qui erat iustificatus. publicanum qui erat mutatus. putant dei indignum qui tam dignus erat effectus. non tamen non ex ulla turbacione fuit conversus non ex ullo iniurioso opere remissit. non ecclesia. non in ore.

Tercio vidit ihesus hominem scilicet matheum euangelizantem. Unde beda in omelia hodierna dicit sic. Nec solum predicacionis verbum et scribendum eius ministerium illi commisit dominus. ut qui terrestrium rerum commissarius, celestium esse talentorum dispensator inciperet. Cui ob id utique promittitur superna fieri dispositum ut nullius enormitas peccatorum, nullius numerositas scelerum, a spe venie removeret. cum hunc tantis mundi nexibus absolutum tam celeste factum comperiret ut vocatus cum angelis spiritibus vocabulo euangeliste nominaretur et cetera. hec ille. Fuit enim beatus matheus est valde commendabilis propter quatuor videlicet.

- Racione prefiguracionis.
- Racione instructionis.
- Racione revelacionis.
- Racione operacionis.

Primo racione prefiguracionis. Nam inter quatuor euangelistas matheus fuit prefiguratus in forma hominis ut patet ezechiel. et apoc. 4. Insuper eum euangelium suum ordiatur christi incarnacionem. in medio predicacionem. in fine passionem. Unde beda in omelia super matheum dicit sic. Huic enim specialiter primitus donatum est ut incarnacionis divine misteria, que cuncta a seculo prophete prenunciabant, ipse primus cum facta descripsit et credentibus legenda transmisit.

2o racione instructionis. fuit enim imbutus per christum instructus. Io. 15. Omnia que audivi a patre meo nota feci vobis. Qui et omnia miracula que vidit. 3o racione revelacionis. fuit enim a virgine specialiter facta revelacio de assumptione. quia suam genealogiam sibi revelavit. et cubiculum suum immaculatum eo tunc fidelibus notarium ut. liber generacionis ihesu xpi et cetera. Et Maria cum esset desponsata et cetera. 4o racione operacionis. Nam beatus barnabas istud euangelium in magna reverencia habuit. quia ipsum secum portavit ut admonitionibus prosequeretur. super infirmos posuit ut sanaretur. secum in sepulchro poni iussit ut secum reconderetur. Unde Io. consobrinus barnabe sic ait. Beatus autem barnabas dum ad predicacionis officium per diversas urbes pergeret. hoc euangelium secum portabat et usque super infirmos ponebat. quos continuo sanabat et a quorumque languore detinebantur. hec ille. Sed et paulus certamen dei super modum expugnaverat. quod adulterium et homicidium perpetravit. matheus licet turpibus inhiaverat. tamen istorum penam valde deo placuit. ut non

solus dominus eorum culpas agnosceret, sed et eas et dona sua multiplicans
numeraret. Nam saevissimum persecutorem fecit fidelissimum praedicatorem,
adulterum et homicidam fecit prophetam, [illegible] thelonearium et cupidum fecit
evangelistam et apostolum. Ideo quidem horum tam dicta nobis recitantur
ut nullus qui converti voluit desperet de venia, cum tantos in culpa etiam
aspiciat fuisse in gratia etc.

Quinto vidit Ihesus Matheum quaerentem (?). Unde Crisostomus super Matheum dicit sic: Matheus
peccatorum quidem propter peccatorum curationem fecit, quia non solum sermone sed et ipsa
vite sue conversatione peccatoribus curam praedicavit. Namque cum ipse
longo constituit quam pervenire collegii apostolorum consueverat, evangelista fe-
cerat ut sermones eorum mansuros conscriberet, nisi expressius suo propo-
sito ad prius malum intraret. Hic ille. Praedicavit enim [illegible]
mandatum completur (?). Primo sapiens, omnia figmenta demonum detegens.

Sapiens · Nam magi volebant tamquam deum adorari
Prudens · et in deos draconum igne sperantes mi-
Fidelis · sit. Sed beatus Matheus signo crucis
Constans · demones fugavit. Sacerdotes ydolorum

sibi voluerunt sacrificare. Sed ipse dixit soli deo esse sacrificium, et
omnia quae attulerant respuit, et in ecclesias edificari praecepit etc.
2°. prudens et discretus, quia cum eum oportet daret, ut aut Ephigeniam
virginem regi uxorem daret, aut morte subiret. Praedicavit prudenter ne
virgo alteri quam deo sponsam copularetur, magis eligens mori quam virgini-
tatem violare. 3° fidelis, quia honorem dei sui sibi noluit usurpare,
nec sacrificium quod sibi volebant acceptare, quia sciebat quod nichil gentes (?)
non tamen hoc sibi ascribebat, sed divine virtuti. Mathei 10: Non estis vos qui loquimini
sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. 4° constans, quia nec promissis potuit
emolliri, cum rex dimidium regni sui sibi dare promitteret, nec minis
deterreri, nec suppliciis superari, sed missam devote peragens mortem accepit
pro nomine domini sui Ihesu Christi etc.

Sexto vidit Ihesus Matheum suscitantem. Filius enim regis [illegible] ab ostio (?),
in qua suscitatione fecit quattuor. Primo magorum stuporem, quia eum suscitare ne-
quirent. 2° orationis efficaciam. Nam eunuchus reginae cadens ad-
volvit apostolum, qui fusa oratione ad dominum illum protinus suscitavit. 3°
gratitudinis (?) efficientiam. Nam thesaurus ei allatus fuit in auro et argento,
in ecclesiam fabricandam expendi voluit, quae intra 30 dierum spatium consum-
mata fuit, in qua apostolus 33 annis sedit, et totam Egyptum ad fidem
convertit. 4° miraculorum refulgentiam. Nam multos mortuos suscitavit,
caecos illuminavit, leprosos mundavit, regem cum uxore et omni populo
baptizavit etc.

Septimo vidit Ihesus Matheum erudientem. Unde Beda in omelia hoc dicit sic: magister
Matheus interpretatur additus sive assumptus, sufficiens quia assumptus
est per dilectionem Christi (?) et additus ad numerum 12 apostolorum. Hic ille.
In sua eruditione ostendit se habere quadruplicem dignitatem. Primo angeli-

cam, quia praedicavit de gloria paradisi terrestris, in quo homo creatus fuerat, et
per peccatum ad paradisum celestem fuerat reductus, quem pro cetero angelis cherubin
in illo collocavit. 2° apostolicam, quia inter 12 apostolos numeratus est, ut patet Luce 6
et Mathei 3. 3° evangelicam, quia fuit praefiguratus per quartum animal oculis
plenum dei assidue laudantem, Apocalypsi 4. 4° martyris, pro fide Christi mortem
et pro veritate eius sanguinem suum fudit. Ita quod iste quattuor dignitates
in illo simul convenerunt. Fuit enim Matheus angelus, apostolus, evangelista et
martir, et sic patet.

Octavo vidit Ihesus Matheum subvenientem. Nam quattuor modis subvenit. Primo
[illegible]. Nam [illegible] et [illegible] ad patriam eos [illegible], et Ephi-
genia cum se ex timore prostrata [illegible] ceteris virginibus plusquam diceret se
vidisse (?). 2° defendendo. Cum enim rex misisset speculatorem qui Matheum
in altari stantem et orantem occideret, populo currente ad domum regis ipsam
incendit (?) [illegible]. Sed apostolus apud presbiteros et clericos catholicos
ut populum retinerent [illegible], apostoli vero [illegible] gaudio celebratis. 3°
persuadendo (?). Cum enim rex animum Ephigenie inflectere nequiret, totam eius domum
igne copioso vallavit, ut eam cum ceteris virginibus cremaret. Apostolus autem eisdem
apparens omnem ignem ab eius domo excussit. 4° informando. Nam ignis
in domum regis erumpens, solo rege cum unico filio evadente, omnia consumpsit.
Statimque filius eius arreptus a demonio, cum [illegible] ad sepulchrum apostoli pro-
peravit. Pater vero turpissimum leprosus effectus et insanabilis manu propria
se gladio interemit. Apparuit autem apostolus populo admonens ut fratrem Ephigenie
ab ipso apostolo baptizatum regem sibi constituerent. Qui per annos 70 re-
gnavit et filium suum sibi substituens, [illegible] cultum [illegible] ampliavit
et totam Ethiopie provinciam ecclesiis Christi replevit, meritis et intercessione beati
Mathei apostoli Ihesu Christi. Amen.

In festo Angelorum

Angeli semper vident. Mathei 18. [illegible]. Dicit sic: An-
geli [illegible] [illegible] ministrare offitiis [illegible]
[illegible] bonorum, propter [illegible] [illegible] sese [illegible] exhibeo
[illegible] suis [illegible] [illegible] et [illegible] superne [illegible].
Hic ille. Super quo [illegible] [illegible] [illegible] hoc [illegible] angelos
deputet ad custodiam (?), quo [illegible] assignet eterne salute. Ad iste [illegible]
videntur 3 doctorum nomine testi. [illegible] beato Hieronimo exponendo
Mathei: Angeli eorum [illegible] vident faciem patris. Dicit sic: Magna est dignitas animarum,
ut unaquaeque habeat ab ortu suo nativitatis in custodia sui angelum delegatum.
2° est beatus Augustinus libro soliloquiorum c. 19 d. Diligunt nempe angeli cives
suos [illegible] quos suae ruinae [illegible] expectant. [illegible] magna
cura et vigilanti studio assistunt nobis omnibus horis et locis, succurrentes et
providentes necessitatibus nostris, et sollicite discurrentes inter nos et te, domine,
gemitus nostros et suspiria nostra referentes ad te. [illegible] nobis [illegible]
[illegible] [illegible], et referunt ad nos [illegible] tue gratie
[illegible]. Ambulant nobiscum in omnibus viis nostris, intrant et exeunt no-

bestie attente considerates quod preter quod honeste in medio prave nationis
conversemur, quanto studio quanto desiderio quamvis requirimus. z insistamus
quanto timore z tremore serviamus ei. et exultemus in letitia cordis nostri
adiuvant laborantes. protegunt quiescentes. hortantur pugnantes. coronant
vincentes. grandis est eorum cura de nobis. z magnus fervor dilectionis eorum
erga nos. et hoc totum propter honorem tuum in extractabiles caritatis qua dilexisti
nos. diligunt eos quos tu diligis. custodiunt quos tu custodis. oderunt
quos tu odisti. hec ille. ¶ 3° est thomas prima parte q. 113 ar. 9 d. sic.
Homo in statu vite istius constitutus est quasi in quadam via qua tendere debet ad pa
triam in qua quidem via pericula multa homini imminent tam ab exteriori quam ab
interiori. iuxta illud psalmi. in via hac qua ambulabam absconderunt superbi laqueum
mihi. Et ideo sicut hominibus per viam non tutam ambulantibus dantur custodes. ita et
cuilibet homini quamdiu viator est, custos angelus deputatur. quando vero ad terminum vie pervenerit
iam non habebit custodem. sed in regno habebit angelum conregnantem. in inferno demonem
punientem. hec ille. ¶ Secundum quod in rebus agendis cognitio z affectus hominum multi
pliciter variari z deficere possunt a bono. ideo necessarium fuit quod hominibus angeli
ad custodiam deputarentur per quos regularentur z moverentur ad bonum. Unde pono
8° conclusiones ¶ Prima conclusio licet homo possit semper custodire per liberum arbitrium
z per naturalem cognitionem legis naturalis. tamen adhuc est sibi necessaria custodia angelorum
patet quia per liberum arbitrium potest aliqualiter homo malum vitare. sed non sufficienter quia infir
matur circa affectum boni propter multiplices anime passiones. ¶ Similiter et cognitio
universalis legis naturalis que homini naturaliter adest aliqualiter dirigit hominem ad bonum sed non
sufficienter quia in applicatione universalium principiorum ad particularia opera contingit hominem
multipliciter deficere. Unde sapientie 9°. Cogitationes mortalium timide z incerte pro
videntie nostre. Et ideo necessaria fuit homini custodia angelorum. Sicut dicit psalmus. Angelis
suis deus mandavit de te. ¶ 2a conclusio licet multi homines peccent in peccato existentes. non tamen
privantur custodia angelorum. patet quia sicut homines a naturali instinctu boni discedunt
propter passionem peccati. ita et discedunt ab instigatione bonorum angelorum que
fit invisibiliter per hoc quod homines illuminat ad bene agendum. Unde quod homines peccant
non est imputandum negligentie angelorum. sed malitie hominum. ¶ 3a conclusio licet Adam in statu
innocentie nullus angustiaret periculis. tamen habebat angelum sibi ad custodiam
deputatum. patet quia homo in statu innocentie non patiebatur aliquod periculum ab
interiori quia interius erat omnia ordinata. sed imminebat ei periculum ab exteriori propter
insidias demonum. ut rei probavit eventus. Et ideo indigebat custodia an
gelorum ¶ 4a conclusio. pueris in utero matris existentibus. et ex utero angelus
ad custodiam deputatur. patet quia puer quamdiu est in utero matris non totaliter
est a matre separatus. sed per quandam colligationem quodammodo est adhuc aliquid eius. sicut
fructus pendens in arbore est aliquid arboris. ideo angelus qui est custodiens matrem
custodit prolem in utero matris existentem. Sed in nativitate quando est a matre separatus
angelus ei ad custodiam deputatur. ¶ 5a conclusio licet pueri non illuminentur per modum
doctrine. tamen mox nati custodiuntur ab angelis. patet quia officium custodie est
duplex [illegible] ad illuminationem doctrine sic ad ulterius z principalis effectus.
dicatur quod [illegible] inter alios effectus quos pueris competit. scilicet arcere demones
nocivos tamen et alia nocumenta tam corporalia quam spiritualia prohibere. ¶ 6a conclusio. homines

presciti z et infideles z amixti habent angelos sibi ad custodiam deputatos. patet quia
homines presciti z infideles z amixti. sic non privantur exteriori auxilio naturalium
ita et non privantur exteriori auxilio toto ne huic divinis gressibus custodia
angelorum per quam z si non iuvantur quantum ad hoc quod bonis operibus vitam eternam
mereantur. iuvantur tamen quantum ad hoc quod ab aliquibus malis retrahuntur quibus
sibi ipsis z aliis nocere possunt. Nam z ipsi demones arcentur per bonos angelos
ne noceant quantum volunt. ¶ 7a conclusio. Christus non indiguit custodia an
gelorum. patet quia anima Christi sicut in mente regulabatur a verbo dei. Unde
non indigebat custodia angelorum. Et sicut hoc non debebat ab angelo tamquam a
suo superiori. sed angelus ministrat tamquam inferior. Unde matthei 4. accesserunt
angeli z ministrabant ei. ¶ 8a conclusio. Angelus custos numquam totaliter dimittit
hominem custoditum. patet quia quamvis custodia angelorum est quedam executio divine
providentie circa homines. sed nec homo nec res aliqua totaliter divine providentie
subtrahitur. in quantum enim aliquid participat de esse in tantum subditur uni
versali providentie. Sed tamen deus secundum ordinem sue providentie dicitur hominem
derelinquere. in quantum permittit hominem pati aliquem defectum culpe vel pene.
Sic angelus custos numquam totaliter dimittit hominem. sed ad aliquid interdum eum dimittit
puta scilicet non impedit quin subdatur alicui tribulationi. vel etiam quin cadat in peccatum
secundum ordinem divinorum iudiciorum. Et sicut hoc dicitur Ieremie 51 ex persona angelorum
Curavimus babilonem et non est curata. derelinquamus eam. Et in persona
hominis Ysaie auferam sepem eius z erit in conculcationem glosa i. angelorum custodiam. Unde
angeli eorum custodes non impedirent quin tribulationibus subderentur. Et sic cuilibet
homini deputatur unus angelus ad custodiam. Ideo dicit Xpus ... Unde vobis angeli
videntur i. ad veram utilitatem angeli nos custodiunt secundum ordinem divine pro
videntie quia necesse est triplex in hominibus :– ¶ Vobis angeli bi
Vobis angeli videntur :– dentur ad custodiendum.

Ad custodiendum.
Ad ministrandum.
Ad puniendum.
Ad consolandum.
Ad deportandum.

Unde Ps. Angelis suis deus mandavit
de te. dicit sic ¶ Magna dilectio caritatis. ¶ Quibus
quibus. de quo. z quid mandavit. ¶ Quid
deus mandavit. et angelis suis mandavit. ut de
te homini mandavit. z ut custodiat te in omnibus
viis tuis mandavit. quantum reverentia debet tibi hoc
verbum afferre. afferre devotionem. offerre fiduciam. reverentiam pro presentia. de
votionem pro benivolentia. fiduciam pro custodia. in quovis diversorio in
quovis angulo reverentiam exhibe angelo tuo. ne audeas illo presente quod
me presente non auderes. hec ille. ¶ Effectus angelice custodie circa hominem
est quadruplex. ¶ Primus est remotivus. scilicet removendo ne homo cadat in malum
culpe. et istud facit angelus tribus modis. ¶ Primo increpando peccatum perpetratum ut ab
eo homo recedat. ut patet iudicum 2°. ubi cum angelus filios israel de pre
varicatione increpasset, ipsi elevaverunt vocem et fleverunt etc. ¶ 2° eripiendo
a periculo presenti vel in eductione loth z uxoris eius de sodoma i. de periculo
concupiscentie gen. 19. ¶ 3° impediendo peccatum fiendum ne fiat. ut patet numeri 22.
in balaam qui ad maledicendum israel pergens ab angelo impeditus est. ¶ 2us est
profectivus. scilicet in bono gratie. z hoc facit angelus in via tribus modis. primo
omne impedimentum ad bonum removendo. ut patet exodi 12. Ubi angelus per

percussit primogenita egipti. 2º. pugnaturi excitatiuo. ut p3 zach. 4º. c.
angelus qui loquebatur in me excitauit me quasi dormientem qui excitatur a sompno. 3º. in via
prime ductiuo et reductiuo. ut p3 thobie. 5º. Vbi angelus thobiam duxit
et reduxit. 3º est iustificatiuus. Et hoc facit angelus tribus modis. pº
mouetiuo ad contritionem. ut p3 tho. xi. Vbi ad documentum angeli de felle. per quod
intelligitur contritio. liniuit pater oculos .s. cordis. 2º. purgatiuo labia ad
confessionem. ut p3 ysaie 6. Vbi per angelum labia ysaie purgantur. 3º. gaudiuo
ad satisfactionem. luc. 15. gaudium est coram angelis dei super vno peccatore penitentiam
agente. 4º est protectiuus ne .s. homo totiens ut in tot mala cadat ad
quot dyabolus temptat. Et hoc facit angelus tribus modis. pº. prestare demonis
refrenando. p3 thobie. 8. Vbi angelus religauit demonem in deserto superioris.
Et apoc. 20. Angelus ligauit demonem et misit eum in abissum. 2º. con
cupiscentiam debilitatiuo. ut p3 gen. 32. Vbi angelus tetigit neruum femoris
Jacob et emarcuit. 3º. memoria passionis christi. ... ut p3
ezech. 9. Signa thau super frontes virorum gementium etc.

2º vobis angeli valent ad ministerium. hebr. 1. Omnes sunt administra
torii spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem salutis capiunt. Bernardus.
Vnde quid est homo quia innotuisti ei aut filius hominis quia reputas eum. Deus
mittis ei vnigenitum tuum. immittis spiritum tuum. promittis vultum
tuum. et ne quid vacet in celestibus ab opere sollicitudinis illos eciam beatos
spiritus propter nos mittis in ministerium nostrum. hec ille. Seraphin enim mittuntur
ad cordium inflammationem. ut p3 4 Re. 2. in angelis qui in curru igneo
et equis igneis apparuerunt. Cherubin mittuntur ad scienciarum eruditionem
Vt p3 apoc. 10. in angelo qui habebat librum in manu. Et apoc. 18.
in angelo a cuius claritate terra illuminata est. Troni mittuntur ad iu
diciorum informationem. Sicut eis informare iudices ut legem intelligant. Vt
dicitur act. 8. Accepistis legem in dispositione angelorum. Dominationes mittuntur
ad sensum sub diuino iure subiugationem. ut p3 gen. 16. Vbi angelus
dixit Agar redi ut ad dominam suam rediret. et se sibi humiliaret.
Virtutes mittuntur ad miraculorum operationem. ut p3 tho. xi. in angelo
raphaele qui thobiam illuminauit. et filium ad glutinatione piscis eripuit
Potestates mittuntur ad demonum temptationem repressionem. ut p3 exo
13. Vbi angelus dei disposuit se inter egiptios persequentes filios ysrael. et
ipsum exercitum. Principatus mittuntur ad principum instructionem. ut p3
daniel. 10. Vbi ponuntur tres principes .s. persarum. grecorum et iudeorum. quos
omnes angelus dei instruxit. Archangeli mittuntur ad singulorum rectorum
eruditionem et ad secretorum maiorum reuelationem. Vnde gabriel archangelus
zacharie pontifici docuit. et natiuitatem christi virgini annunciauit.
luc. 1. Angeli mittuntur ad singularum personarum corroborationem. de
fensionem et reuelationem ut p3 3 Re. 19. Vbi angelus portauit helie
subcinericium panem et vas aque. et comedit et ambulauit in forti
tudine cibi illius usque ad montem dei oreb. Et sic p3.

3º vobis angeli valent ad consolationem. quia ipsi sunt tribulatorum consolato
res. zach. 1. Angelus loquebatur in me verba consolatoria et bona. sicut

thobie. 5. Forti animo esto. etc. Et apoc. 7º. ibi vide etc.

4º. vobis angeli valent ad putacionem. Vnde b. Bernardus dicit sic. Diligamus
angelos medios eius tamquam dilectos et dilectores. nota offerentes. referentes dona
exercitus ista. placat illum. hec ille. Angeli enim sunt nostri putatores qui adrupte
pº orationes nostras deo putantur. thobie. 12. Cum orabas cum lacrimis et
sepeliebas mortuos. ego obtuli orationem tuam domino. 2º. coram deo al
legatiuo. Job. 33. Si fuerit pro eo angelus loquens vnum de milibus. ut
annunciet hominis equitatem. miserebitur eius. Ex. zach. 1. Respondit angelus
domini et dixit. Domine exercituum usquequo tu non misereberis ierusalem et
vrbium iuda quibus iratus es. Iste iam annus. 70us est. 3º. Inuitatus dei re
nuntiatiuo. p3 daniel. 9. Vbi dicitur quod gabriel ad eum volans dixit. ab
exordio precum tuarum egressus est sermo. i. sententia a deo Sicut glossa. est
et veni ut indicarem tibi quia vir desideriorum es .s. pretii eius dulsa.
4º. saluationis annunciatiuo. ysaie. 55. In leticia egrediemini
et in pace deducemini etc.

5º vobis angeli valent ad deportationem. Sicut enim alias nostras in
celum portitores conducunt. pº ab insidiis dyaboli protegendo. iudith.
13. c. Viuit dominus quia custodiuit me angelus eius. et hic euntem
et ibi morantem. et inde reuertentem. et gen. 32. Cum Jacob esau
valde timeret. angeli sibi obuiam fuerunt. quos videns ait pauens et ait
castra dei sunt hec. 2º. viam preparatiuo. Malachie. 3. Ecce ego mitto
angelum meum qui preparabit viam ante faciem tuam. 3º. per viam perpetuam etc.
... exo. 23. Ecce ego mitto angelum meum qui custodiat te in
via et educat in terram quam promisi patribus tuis. 4º. in celum collocatiuo.
luc. 16. Factum est ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum
habrae. Ad quem nos perducat. feliciter. Amen.

In festo sancti hieronimi confessoris.

Dedit in me spiritus sapientie. Sapie. 7º. Salomon. Sapie. 7. Neminem diligit
deus nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Sapientia autem sunt 4. pº est sapientia
male operantis. de qua Jacobi. 3. Non est ista sapientia desursum descendens. sed
terrena. animalis et dyabolica. Jere. 4º. Sapientes sunt ut faciant mala
bonum autem facere nescierunt. Cum iste enim auertitur a fine debito. necesse est ut
aliquem finem indebitum sibi prestituat. quia omne agens agit propter finem. Vnde
si prestituat sibi finem in bonis exterioribus terrenis. vocatur sapientia terrena.
Si autem in bonis corporalibus. vocatur sapientia animalis. Si autem in aliqua excellentia
vocatur sapientia dyabolica. propter imitationem superbie dyaboli. de quo dicitur Job. 41. Ipse
est rex super vniuersos filios superbie. 2a est sapientia intellectualis acquisitionis
.s. que acquiritur humano studio. de qua dicitur Jere. 9. Non glorietur sapiens
in sapientia sua. Cogitationem enim diuinorum que habetur per studium et inquisitionem rationis potest
homo consequi per peccatum mortale. ... 20. 1. Veritatem dei in iniusticia detinent. 3a
est sapientia spiritualis delectionis. Sapientia enim importat quandam rectitudinem
iudicii. secundum rationes diuinas per quandam qualitatem ad ea de quibus est iudi
cium. Sic recte iudicat de castitate ille qui habet habitum castitatis. huius
autem qualitas ad res diuinas fit per caritatem que vnit nos deo. Sicut

d. 1. cor. 6. Qui adheret deo unus spiritus est cum eo. Et 1. Jo. 2. unctio
docet nos de omnibus. Quarta est sapiencia divinalis erudicionis. quidam enim
altioris gradus percipiunt sapienciam divinam et quantum ad contemplacionem divinorum
id est quantum scilicet altiora quedam misteria cognoscant. et aliis manifestare
possunt. et eciam quantum ad direccionem humanorum. Et iste gradus sapiencie non est in
omnibus habitibus gratum gratum facientem. sed magis pertinet ad gracias gratis
datas quas spiritus sanctus distribuit prout vult. secundum id. 1. cor. XI. Alii
per spiritum sanctum datur sermo sapiencie. de qua dicit Jacobi 3. Que desursum
est sapiencia primo quidem pudica est. deinde pacifica. modesta. suadibilis. bonis
consenciens plena misericordia et fructibus bonis. iudicans sine simulacione. Sic
patet quod ea que est divina spiritus sancti primo est pudica que vitat corruptelas
peccati. deinde est pacifica. nam homo per pudiciciam a corruptelis recedit
primo occurrit. quod quantum ex se potest modum in omnibus teneat et sic dicit
modesta. 2º ut in hiis in quibus ipse sibi non sufficit. aliorum monitis
acquiescat. et sic dicit suadibilis. 3º ut bonis aliorum non repugnet. et sic
dicit bonis consenciens. 4º ut defectibus proximi compatiatur in affectu. et subveniat
in effectu. et sic dicit plena misericordia et fructibus bonis. 5º ut caritatem
emendare peccata satagat. et sic dicit iudicans sine simulacione. ne
scilicet correccionem pretendens odium intendat explere. hec Thomas. Beatus vero
Jeronimus in epistola ad Albigensem dicit sic de seipso. Michi a prima etate
hec vitare conatus sum, ut animum tumentem, et erecta cervice dei gratiam
odium provocarent. ego et ora tota timeo. in monasterio hospitalitati
ex corde intendimus. et omnes ad nos venientes pro hospitalitate
leta fronte suscipimus ac venientium pedes abluimus. hec ille. Ista
ac faciebat propter sapienciam divinam. unde dicit. Venit in me spiritus sapiencie.

Venit in me spiritus sapiencie –

Intelligenciarum.	Primo venit in me spiritus intelligenciarum. i. angelorum. unde
Patriarcharum.	ipse de seipso dicit. Et ut mi testis est dominus post multas
Prophetarum.	lacrimas, nonnumquam videbatur michi interesse agminibus
Apostolorum.	angelorum. hec ille. Religio enim est tamquam celum. in
Doctorum.	qua religiose viventes, monachi sunt sicut angeli
Confessorum.	dei, si tamen observent quatuor. Primo vite bonitatem
Immaculatorum.	quia enim in religione est vite sanctitas. fuit cum deo gratum

habitaculum. Mt. 18. Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo. ibi sum
in medio eorum. Est angelo magis solitum. preveneruunt principes. i. angeli
coniuncti psallentibus. i. religiosis dominum laudantibus, in medio iuvencularum
i. fervencium animarum. tympanistriarum. i. corpora mortificancium. Est homini
magis proficuum. ps. 18. Sicut qui adiuvatur a fratre quasi civitas firma.
Et ecc. 3. Melius est esse duos simul quam unum. Est dyabolo magis terribilibus
dicit de congregacione sanctorum. Terribilis ut castrorum acies ordinata.
Cant. 6. 2º meritis fecunditatem quam causatur in religione aggregata
societate. per concordiam et pacifica conversacionem. per mutuam caritatem et dileccionem

discretam gubernacionem. ecci. 25. In tribus beneplacitum est spiritui meo. que
sunt grata coram deo et hominibus. concordia fratrum. amor proximorum. vir et mulier
i. vir et subditi bene consencientes. 3º cordium unitatem. per subtraccionem
divisionum. Discordie enim et divisiones causantur aliquando per avariciam. i.
thi. 6. Radix omnium malorum cupiditas. Aliquando propter superbiam. pu. 13. Inter
superbos semper iurgia sunt. aliquando propter carnalem concupiscenciam. Jacobi. 4º. Unde
bella et lites in nobis. nonne ex concupiscenciis vestris que militant in membris
vestris. Contra primum in religione est votum paupertatis. Contra 2m est votum
obediencie. Contra 3m est votum castitatis. 4º lingue moderatam. Jacobi. i.
Si quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suam huius vana est
religio. nam per silencium occidit dyabolus. ut patet Judith. 13. quod in silencio orans
occidit holofernem. Beatus Jeronimus bethlehem rediens monasterium construxit in quo
per sexaginta sex annos permansit. Unde fecit quatuor. Primo corpus suum maceravit semper
nudo orans. scilicet vero ut in strata sua iacens funiculo ad trabe suspenso
suppinus se manibus levaret. ut scilicet officium mansionis prout poterat exhiberet.
2º hospites leta fronte suscipiebat et eis necessaria ministrabat. 3º nichilominus
ibidem discipulos convocans in sancto proposito confirmabat. 4º bibliothecam
suam quam summo studio sibi congregarat clausam. aliosque libros et reli-
giosos duce sancto dirigebat ad vesperas. Sicque angelicam vitam usque ad extre-
mum vite sue perduxit :–

2º venit in me spiritus sapiencie. patriarcharum. qui terra propriam dimiserunt pe-
regre religiosi. Unde patriarche ad eterna servitutem receperunt. hebr. xi. Abraham
obediuit exire in locum accepturus hereditatem. nesciens quo iret. Beatus
Jeronimus huius more patriarcharum opera lucida ab omni amore terreno purga-
gata. Sunt enim quedam terrena in quibus homo habet solum administracionem. sicut
sunt bona ecclesie. et ista relinquere est magna perfeccio. Sunt quedam que homo possidet
hereditaria successione. sicut sunt bona paterna. et ista relinquere est maior per-
feccio. Sunt quedam que homo possidet per proprium studium et operacionem. sicut sunt bona
propriis manibus acquisita. et ista relinquere est maxima perfeccio. Beatus Jeronimus
fuit tante perfeccionis quod reliquit omnia bona ecclesiastica. quum enim esset cardinalis officio
et beneficio cessit. reliquit bona paterna. quia hereditatem paternam deseruit et ob
amorem apostolorum romam venit. reliquit et omnia bona que propriis manibus
acquirere potuisset. sicut quod ipse dicit in prologo super Job :–

3. Venit in me spiritus sapiencie prophetarum. Magnum est dignitas esse propheta. i. pre
nunciator secretorum dei. Beatus Jeronimus spiritu prophetie floruit. quia tota sapiencia
officium ecclesiasticum instituit. Cum enim omni in cetu dei vellet canere quod volebat
theodosius imperator, damasum papam rogavit ut alicui viro docto, ecclesiasticum
officium committeret ordinandum. Ipse igitur sciens Jeronimum in lingua latina. greca et
hebrea perfectum. et in omni sciencia summum. eidem officium commisit. Jeronimus igitur psalterium
per ferias distinxit. et unicuique ferie nocturnum proprium assignavit. ac gloria patri
in fine cuiuslibet post dictum instituit. Deinde epistolas et evangelia per anni circulum de
cantanda. cetera que ad officium pertinencia racionabiliter ordinavit. misitque de beth-
lehem ad summum pontificem. et ab eo et a cardinalibus suis fuit valde appro-
bata. et perpetuo auctorizata. De spiritu prophetie ipsius patet per exemplum de leone

que eum ad officium assello deputasset. tandem eo invento. hieronymus futurorum
presciens fratribus ait. Iste frater cum venientibus hospitibus necessaria preparat. quod
veri probavit eventus ut dicitur in legenda. Et sic patet.

Quarto venit in mentes sanctorum sapientia apostolorum. In apostolis enim fuit sapientia multiplex.
Prima est temporalium abdicatio sicut dicitur. Nisi quis renuntiaverit omnibus que possidet.
non potest meus esse discipulus. propter quod dicit petrus ad yhesum. mt. 19. Ecce nos
reliquimus etc. 2a est mandatorum adimpletio. Jo. 7. Si manseritis in sermone
meo. vere discipuli mei eritis. 3a est caritativa dilectio. Jo. 14. In hoc
cognoscent omnes quia mei estis discipuli. si dilectionem habueritis ad invicem. 4a
est mentis illuminatio. apprime sancto. Jo. 14. docebit vos omnia et suggeret
vobis omnia etc. 5a est linguarum perfectio. act. 2. Ceperunt loqui variis
linguis apostoli etc. 6a est predicationis inflammatio. act. 4. Adhuc lo-
quente petro verba hec etc. 7a est constantie corroboratio. apostolos spiritus
adimunt constantie virtute. unde per hunc spiritum apostoli vicerunt dampna rerum
contumelias verborum passiones corporum. beatus hieronymus. omnia temporalia reliquit
mandata christi et consilia adimplevit. caritate successoribus fuit etc. Etiam
spiritus sancti spiritus dicitur. multiplex enim dedit. primo audire. quia audivit
donatum grammaticum. victorinum in rethorica. gregorium nazanzenum
in theologia. unde in epistola ad heliodorum ipse sic dicit. Dum essem iuvenis miro
discendi ferebar ardore. nec iuxta quorundam presumptionem ipse me docui.
audivi autem plures personas quam legerim. Et sic in epistola ad gal. Sepe
esurient lectio. sed magis prodest si de lectione veniat intentio. 2o de-
dit legere. unde augustinus contra iulianum dicit sic. Sanctus hieronymus. omnes vel pene
omnes qui ante illum de doctrina sacra scripserunt. legit. Et hieronymus ad pamma-
chium. sanctas scripturas semper lege. ymo de manibus tuis nunquam sacra lectio nunquam
deponatur. 3o dedit meditari. ps. In lege domini meditabitur die ac nocte.
4o dedit conferre. 5o dedit assimilare. ut sicut spiritus sanctus ad erudi-
tionem accepit. sic apostolos. act. 1. Et linguarum perfectionem habuit scilicet hebree
grece et latine. fuisse etiam erat predicator. et exhortator sacrarum
scripturarum. unde ipse ait ad rusticum. Ama scientiam scripturarum et vitia
carnis non amabis. Et ultimo ad constantiam et professionem. preterea sicut
apostoli fuerunt cardines mundi. coadiutores evangelii christi et dispensatores eius.
sic beatus hieronymus dum esset annorum 29. in romana ecclesia cardinalis presbyter
creatus est ut summi pontificis esset coadiutor sicut esset. Et sic patet.

5o venit in mentes sanctorum sapientia martyrum. i. martyrum. de quibus dicitur mt. 5. beati
qui persecutionem patiuntur etc. beatus hieronymus passus est magnam persecutionem
quia clericorum et monachorum vitam reprehenderet. et clerici
quia eum quadam femina et monachorum vita reprehenderet. et clerici
quidam vestem muliebrem sibi imposuit illuserunt. unde Gregorius ait.
Octo hieronymus magnis ad dilectionem malos erat pungens. Oderat eum clerici
quia eorum vitam et quia eos impugnare non desinit. oderant eum clerici quia eorum vitam et
carnem dicebat. Istas autem persecutiones ferebat quia primo patiens 2o
congaudebat 3o desiderabat 4o proficiebat. Id autem istas persecutiones tole-

rabat quia scribebat verbum xanthi esse pati debere. unde ad heliodorum ait.
Errans frater errans si putas unquam christianum persecutionem non pati. et te
maxime impugnaris. si te impugnari non sentis. in hoc omnibus compungebat
ad yhesum per quem omnia vincebat. beatus hieronymus magnam et persecutionem pas-
sus est a deo et flagellatus. sicut ipse ait in epistola ad eustochium. Nam cum
esset adolescens libros seculares nimis ardenter legebat. et ob hoc puniebat
quia primo quia totum tempus suum lectioni dabat. de die tullium. de nocte pla-
tonem. 2o quia lectura tullium sermonabat. lecturas autem eius non ab-
